gunt. subditur. quod de ore ipsorum  
scilicet vel imperando. vel suadendo.  
vel cominando. vel requirendo pro-  
cedit ignis auaritie. fumus superbi-  
e. et sulphur luxurie. Et ab his tri-  
bus plagis. id est vitis occisa est spi-  
ritualiter tertia pars hominum. i.  
omnes reprobi. Nam prima pars  
est innocentium. secunda peniten-  
tium. tertia reproborum. in pecca-  
tis istis perseverantium. et hi soli  
occiduntur. siue de igne auaritie.  
siue de fumo superbie. siue de sulphu-  
re id est fetore luxurie. etiam dato  
quod de ore ipsorum procedat. id est  
quantum etiam ad talia a maioribus  
inducantur. siue verbis. siue exem-  
plis. his enim duobus modis pos-  
sunt etiam maiores infecte minores.  
siue verbis precipiendo. aut etiam  
suadendo. Et ideo subdit. quod pote-  
stas equorum in ore ipsorum est.



ſcilicet principum precipientium aut  
ſuadentium. ſiue exemplis poſt ſe  
trahendo. & quantum ad hoc ſedit.  
et in caudis eorum. i. in exemplis.  
vel ore dicit quantum ad maiores  
precipientes et monentes. in cau-  
dis quantum ad minores offendentes  
et eos ſequentes. Vel per os in-  
telligitur gula **Eccl. vii.** Omnis la-  
bor hominis in ore eius. ſed eius a-  
nima non impletur. Per caudam  
vero intelligitur luxuria Vnde legi-  
tur **Judicium. xv.** Quod ſampſon ac-  
cepit trecentas vulpes. et caudas e-  
arum ligauit ad caudas. et facies  
ligauit in medio quas igne incen-  
dit. diuifitque huc et illuc diſcurrer-  
tes. In hijs duobus vitijs multum  
diſtigit potestas dyaboli et ministro-  
rum eius. quia per hec duo vitia p-  
cipue corrumpuntur. Sed ſubditur  
q̄ caude eorum ſimiles erant ſerpen-  
tibus. quia luxuria a principio ha-  
bet voluptatem. ſed poſtea penite-  
ntiam. et ideo aſſimilatur ſerpen-  
tibus. qui vt dicit gloſa. Bladiuntur  
in facie. & occulte immittunt ve-  
nenum. ſed iſte caude habent capi-  
ta quibus nocent. Et hec ſunt ex-  
empla maiorum quibus minores cor-  
rumpuntur et occiduntur ſequen-  
tes. ſiue in luxuria. ſiue in auaritia.  
a. ſiue in quocunq; alio vitio

**Capitulum. vii.**

**Q**onfortat deus homines ad  
bene operandum promittendo  
p̄mum & certificando  
de eo Cuius exemplum apparet in  
viſione abrahe. de qua habetur **Ge-  
neſ. xv.** In qua p̄mo promittitur  
p̄mum. q̄ dicit q̄ factus eſt ſermo  
domini ad abrahā per viſionē dicens  
Noli timere abrahā. ego protecor

tuius et merces tua magna nimis.  
Dixitq; abrahā. domine deus q̄o  
dabis michi. Ego vadam abſq; li-  
beis & filiis procuratoris domus mee  
iſte damasceus eliezer. adiditq; abra-  
ham. Michi autem non dedisti ſe-  
mes. et ecce vernaculus meus he-  
res meus erit. ſtatimq; ſermo do-  
mini factus eſt ad eum dicens. Nō  
erit hic heres tuus. ſed qui egredi-  
etur de utero tuo ipſum habebit he-  
redem. Eduxitq; eum foras et ait  
illi. Suscipe celum et numera ſtel-  
las ſi potes. et dixit ei Sic erit ſem-  
tuum. dixitq; ad eum. Ego domi-  
ni qui eduxi te de vr̄ chaldeorum vt da-  
rem tibi terram iſta. et poſſides ip-  
ſam In quibus verbis aduerte q̄  
dominus ad confortandum abrahā  
fecit ei quatuor p̄miſſiones. de qui-  
bus **Apoſt.** ait **Gal. iii.** Abrahe di-  
cte ſunt p̄miſſiones aē Prima fuit  
de mercede operis. cum dixit. Noli  
timere aē Primo euz confortat ex-  
cludendo timorē. Noli inq̄ timē.  
Secundo eū ſecurat p̄mittendo p̄tectio-  
nē. Ego inq̄ p̄tecor tuus **Ps.** Eſto  
michi in deū p̄tecorē. & vere timere  
nō dnt q̄ talē p̄tecorē hnt **Ps.** Do-  
minus michi adiutor. nō timebo q̄a  
faciat michi hō Tercio eū letificat  
p̄ponendo mercedē. Sed attēde q̄le  
mercedē p̄mittit bene operanti in  
perſona abrahe. quia mercedē cer-  
tam. q̄ ego ſcilicet qui decipere vlt  
fallere non poſſum. Itē mercedē  
p̄p̄iam. quia merces tua. Sic enim  
eſt omnium generaliter. vt ſit etia  
cuiuslibet ſingularit. Itē mercedē  
copioſā. q̄ magna nimis. Nā nec  
ocul⁹ vidit. nec auris audiuit. nec  
in cor hominis aſcendit. q̄ p̄parauit  
deus diligentibus ſe **Secda** p̄miſſio  
fuit de ſucceſſione heredis. q̄ dixit  
ei dñs. q̄ egrediet de utero tuo ipm



habet heredem. In quo signatur quod datur unicuique illa hereditas ex proprijs meritis non ex alijs. Nam meritum hominis est ei sicut filius cui debetur hereditas. Unde **Apostolus** Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, et loquitur de adultis, secus est de puulis.

**Tercia** promissio fuit de multiplicatione seminis. Dixit enim ei **Suspice** celum et numera stellas si potes, sic erit semen tuum. Per stellas celi possunt intelligi angeli qui sunt in celo. Per semen vero meritum vite ex quo scilicet recolliguntur fructus mercedis ecclesie. Tunc enim semen hominis ad modum stellarum celi multiplicatur, quando homo pro vite meritum in celo angelis coequatur. Vel quia stelle celi sunt incorrupte, lucide, magne, et tamen in apparentia parue. Tunc enim semen hominis ad modum stellarum celi multiplicatur, quando meritum operum eius est incorruptum per intentionem, lucidum per discretionem, magnum per dilectionem, sed apparentie parue pro humilitatem.

**Quarta** promissio fuit de terra promissionis. Unde dixit **Ego** dominus qui eduxi te de terra caldeorum, et dabo tibi terram istam. Terra ista est corpus, quod tunc pacifice possidet vir iustus, quoniam pro divina gratia est de terra caldeorum eductus, id est de incendio carnis. **Chaldei** enim sunt motus carnis, quorum vis, id est incendium est concupiscentia, et inflammatio, a qua nisi homo divina gratia eruat, non potest terram corporis sui pacifice possidere. Secundo abraham certificatus est per sacrificium, scilicet de promissione plenam. Petiuit enim signum non ex diffidentia promissionis, sed scire volens modum impletionis dicens. Unde scire possit quod possessurus sit eam. Et tunc iussit ut offerret sacrificium, ut in ipso sacrificio signum acciperet.

Unde precepit ei ut immolaret vaccam, et capram, et arietem, et omnia tria, et insuper turturem et columbam, quae sequenti mane accepit omnia haec, et divisit per medium, et utraque partes contra se alteriussecus posuit, aves autem non divisit, descendentesque volucres caeli super cadauera, et abigebat ea abraham. Cumque sol occubisset, sopor intravit super abraham, et horror magnus et tenebrosus invasit eum, et istud fuit aliqua pars signi dati. Hoc ergo est sacrificium iusticie, quod deo offerri debet. Nam in vacca significatur obedientia, et haec debet esse tria, siue triennis scilicet per subiectionem triplicis humilitatis, videlicet superioris, pariet inferiori. Sic enim debet nos implere omnem iusticiam. In capra vero significatur penitentia, que etiam debet esse triennis secundum tria in quibus consistit penitentia, scilicet in dolore contritionis, in pudore confessionis, et in labore satisfactionis. In ariete vero intelligitur simplicitas, que etiam debet esse tria, quia est triplex genus simplicitatis, scilicet heresis, et hypocrisis, et ambitio. Duplicitas heresis immiscet falsa veris. Duplicitas hypocrisis bona malis, honesta inhonestis. Duplicitas ambitiois tendit ad duplicem finem, scilicet lucrum temporale, et premium celestis, volens duobus dominis servire, sed divisit abraham ea per medium. Nam obedientia dividenda est ut fiat in his, scilicet que sunt secundum deum, non contra deum. Similiter penitentia est dividenda ut fiat cum discretionem, ita ut sit rationabile obsequium.



ndstrum. et occidatur eorum in valle saluarum. ut sic occidatur cupiditas quae nutriatur natura. Nam omnia victima est sale salienda. quia in omni opere est discretio adhibenda. Item simplicitas videnda est ut non sit fatua sed religiosa. ut sit sanctitas non fatuitas. ut sit simplicitas columbe cum astutia serpentis. ne sit sicut equus et mulus in quibus non est intellectus. Sicut enim mulus cui insidebat ab salone ipsum detulit in suspendium. sic fatua simplicitas multos precipitat in infernum. In columba autem designatur caritas. quia columba felle caret. et gregatim volat. In turture vero designatur castitas. Sed has aves abraham non diuisit. quia caritati et castitati ab omnibus et omni tempore est insistendum. Nam castitas competit non solum virginibus et viduis. sed etiam suo modo coniugatis. Vel ideo fit diuisio animalium et non auium. quia per animalia intelliguntur actiui quorum sollicitudo diuiditur ad multa. sed per aues intelliguntur contemplatiui quorum tota intentio fertur in unum. **Psalmista.** **Vnam petram a domino aedificauit.** **Vnde dominus dixit marthe.** turbaris erga plurima. hoc quantum ad actiuam. Porro unum est necessarium. hoc quantum ad contemplatiuam. Vel in turture significatur vita solitaria. quia turtur solitaria in solitudine gemit. sic solitarii debent gemere luctu penitentie. **Iheremias. xv.** Non sedi in consilio luculentium. et gloria tuis sum a facie manus tue sedebam solus. quoniam comminatione replesti me. habens enim preciosum balsami liquorem in vase fragili non debet se ponere in pressura hominum. **Seneca.** ubi plus est populi ibi plus

est periculi. cum inter homines fit minor homo redi. **Osee. ij.** Ducam eam in solitudine et loquar ad cor eius. **Moyse** locutus est deus non in palatio sed in deserto. **Cecus** a domino extra turbam illuminatur. **Quella** mortua in thalamo eiecta turba resuscitatur. Non enim in commotione domus. **Clause** erant oues in archa. quia opera spiritualia debent claudi in conscientia. **In columba** vero que gregatim volat. significatur religio in congregatione viuendum. qui debent ad modum columbe carere felle inuidie. **Item** non rostro de tractionis percutere. nec venenum infamationis siue litis in ore. sed ramum oliuae id est verbum pacis portare. ad choram. refectorium et alia communia gregatim simul incedere. iuxta riuos aquarum. scilicet scripturarum residere. et ibi vmbra accipitris id est temptationem dyaboli prouidendo declinare. **Hec columbina simplicitas** tantum deo placet. ut spiritus sanctus in specie alterius animalis noluerit apparere. **In hac autem duplici aue** id est vita consistit omnis perfecta religio. **Vnde** cuiusdam querenti quam religionem deberet intrare. **Respondit** quidam. nescio an esse velis turtur an columba. **Sed** in utraque vita cauendum est ne diuidatur et dispergatur per vanam gloriam. scilicet ne opus uolet ad deum. et intentio ad mundum. **Vnde in Leuitico** precipitur. si offeatur turtur vel columba quae confregatur ascilla ne possit euolare. quia siqua sunt in religiosis opera virtutum occultanda sunt. non ad fauorem hominum appellanda. **Vnde** si ex operibus bonis supercrescit inanis gloria opera illa quasi alas sumunt ad euolandum et fugiunt



ut nobis non proficiant sed eas con-  
fringere debemus dicentes nobis.  
**Quod** habes quod non accepisti? **Super**  
hoc autem sacrificium dicit quod ascen-  
derunt volucres sed abigebat eas  
abraham. Sic tu ad auferendum im-  
pedimenta spiritus sacrificii scilicet ora-  
tionis deuote abige aues. i. impor-  
tunas cogitationes. **Vnde Grego-  
rius.** Sepe in ipso nostre orationis  
sacrificio importune cogitationes  
se ingerunt que hoc quod deo placere  
offerimus maculare intendunt. **Vnde**  
abraham dum sacrificium obtulit in-  
diantes aues pertulit. quas studio-  
se abegit cuius nos exemplo dum vo-  
ta cordis holocaustum deo offerimus  
ab immundis cogitationibus hoc  
custodiamus. **Sed attendendum est** quod  
sequitur quia dum occubisset sol-  
sop. i. sup. abra. et hor. mag. a-  
te. inua. e. Sepe enim post sacrifici-  
um boni operis vel deuote et ferue-  
tis orationis ne per elationem mens ele-  
uetur occidit sol. i. extinguit fer-  
uor deuotionis et reuertit in animam  
sopor torporis. ita ut anima quasi se  
ipsam magno stupore horreat. a quasi  
quod tenebra timoris et dubitati-  
onis eam inuadat. **Et hoc facit deus**  
ut ipsam in humilitate obseruet. ne  
fructum sacrificii. i. boni operis meri-  
tum per elationem perdat

### Capitulum viij.

**Q**ontemplatiua vita quam esse  
debeat ostenditur per exem-  
plum in somnio iacob quod de-  
scribitur **Genesis. xxviij.** **Vbi** di-  
citur quod vidit in sompnis scalam  
stantem super terram et cacumen  
eius tangens celum. et angelos quod  
dei ascendentes et descendentes per  
eam. et dominum inmixtum scale dicentem

sibi. **Terram** in qua dormis tibi da-  
bo et semini tuo. **Eritque** semine tuum  
quasi puluis terre. et dilataberis  
ad orientem et occidentem et septentrio-  
nem et meridiem. **In** quo quidem sompni-  
o primo tangitur contemplatiuorum vir-  
tus que est caritas. **Hec** enim scala est  
per quam ad celos ascenditur. **hec** ex  
vna parte stat super terram. scilicet  
quantum ad amorem proximi. **Alia**  
autem scilicet summitas attingit ce-  
lum scilicet amor dei. utraque enim pars  
pertinet ad vitam contemplatiuam.  
**Vnde Beda** dicit quod contemplatiua  
vita est amor dei et proximi tota-  
mente retinere. **Vel** hec contempla-  
tiua scala est septuaginta diuina. que quod-  
dem stat super terram in quantum est  
practica instruens de humanis. et  
summitas attingit celum in quan-  
tum est speculatiua instruens de diuinis.  
**Vel** tangit terram quantum ad testame-  
tum vetus in quo promittebantur tem-  
poralia. **Celum** vero attingit quantum  
ad nouum in quo promittuntur cele-  
stia. **Huius** scale vnde latera sunt.  
sensus laicis et spiritualis. **Sunt** etiam  
huius scale. xij. inescalaria. que o-  
portet predicatores siue contemplatiuos  
ascendere. scilicet confessio. oratio. gratiarum  
actio. intellectus perscrutatio. du-  
biorum inquisitio. littere expositio.  
predicatio. predicandi discretio. scilicet  
pueris alta. rudibus infima. eter-  
ne pene cominatio. glorie promissi-  
o. predicationis obseruatio. constan-  
tie fortitudo in prosperis et aduersis.  
**Huius** scale inmixtus est dominus sicut  
suo spiraculo. quia scilicet ab eo in-  
spirata **Apo. i. iij. Thi. iij.** **Ois** scrip-  
tura diuinitus inspirata est. **Vel** sicut  
suo speculo in quo a contemplantibus a-  
spicitur et cognoscitur. **i. Cori. xij.** **Vi-**  
demus nunc per speculum et. **Qui-**  
dam autem dicunt quod scala per quam



maxie ascendunt viri contemplati  
 ui et deuoti homines ē crux cristi.  
**H**ec licet fuerit super terram mate  
 rialiter erecta. virtualiter tamē su  
 it vsq; ad celum porrecta. quia p  
 ipsā nobis ē celi ianua aperta. **D**  
 o autē latea scale huius fuerūt du  
 o principalia ligna eius. vnum per  
 altū. aliud per trasuersū. grad⁹  
 huius scale sunt pene quas cristus  
 sustinuit. scilicet in capite spinaz  
 coronationem. in facie sputozū fe  
 dationem. in manibus clauozū cō  
 fixationem. in dorso et corpore flagel  
 lozum verberationem. **I**n latere scilicet  
 cœ apertionem. in pedibus clauozū  
 perforationem. in quibus omnib⁹  
 anima deuota et prudens miranda  
 contemplatur. huic scale inmixt⁹ ē  
 dominus i passione. sicut homo ni  
 titur suo cubiculo. quia in ea dormi  
 uit per mortem. **V**el scala hec vt  
 quidam exponunt est claustraliū  
 penitentia. cuius duo latera sunt  
 vilitas et asperitas. per vilitatez  
 nec gloriā affectant. nec ignomi  
 niam formidant. per asperitatem  
 vero mollia contempnunt. et mo  
 lestias parui pendunt. **H**ec scala  
 stat super terram habitatione. et  
 attingit celum conuersatione. gra  
 dus eius autem sunt septem virtu  
 tes que enumerantur. **ij. Petri. i.**  
**V**os inquit curam omnem subife  
 rentes ministrare in fide vestra v  
 tute. **I**n virtute autem scientiā.  
 in scientia autem abstinentiam. in  
 abstinentia patientiam. in patien  
 tia autez pietatem. in pietate autē  
 fraternitatis amorez. in amore au  
 tē fraternitatis caritatez. **H**uic sca  
 le inmixt⁹ domin⁹ sicut exēplar  
 suo exemplato. quia ipse dedit ex  
 ēplū viuendi in p̄apertate. obedi  
 entia et castitate. **A**lii autem expo

nunt q̄ hec scala est beata virgo q̄  
 super terram fuit per contemptu  
 mundanorum celū attingens susci  
 piendo deum. **T**unc enim inclina  
 uit celos et descendit. **H**uius sca  
 le latera sunt humilitas et obediē  
 tia. gradus fuerunt in ea donozū  
 et virtutū. huic inmixt⁹ est domi⁹  
 sicut suo thalamo in incarnatione  
**P**salmista. **I**psē tanq; sponsus p  
 cedens de thalamo suo. **S**ecundo  
 tangit in hoc sompno **J**acob con  
 templatiuozū motus. **M**otus em̄  
 contemplationis triplex est secun  
 dum **S**yonisium scilicet rectus. et  
 obliquus et circularis. **R**ectus ē ego  
 motus tangitur per angelozū id ē  
 contemplatiuozū ascensum. obli  
 quus tangitur per descensum. quia  
 ille qui ascendit sursum. cum descē  
 dit motum suum reflectit et obli  
 quat a sursum in deorsum. **M**otus  
 autem circularis tangitur cum sub  
 dicitur. **D**ilataberis ad orientē. et oc  
 cidentē. septētrionalez. et meridio  
 nale. **P**er has quatuor partes celi  
 circulariter sol mouetur. **I**gitur  
 isti angeli sunt contēplatiui et spū  
 ales. qui sunt quasi homines cele  
 stes et angeli terrestres. hī ascen  
 dunt contemplando. et descēdūt  
 se humiliando. et sic dicit **A**mbro  
 sius. **Q**ui vult per scalam ascende  
 oportet q̄ manibus et pedibus se  
 teneat. manus opera. pedes cogita  
 tiones et affectiones. **V**el vt aliq;  
 exponunt. **I**sti āgeli sūt prelati q̄  
 ascendūt p̄ contēplationē. et descē  
 dūt p̄ actionē. **V**l āgeli sūt p̄dicato  
 res q̄ q̄nq; debēt ascēdere predicā  
 do sublimia. quando oq; descendere  
 predicando humilia. **S**eq̄tur mot⁹  
 terci⁹. quia dilataberis ad orientē  
 scz p̄ originē virtutū. et occidentē scz  
 p̄ occasum vitiorum. ad meridiem



per feueorem affectionū. ad septē  
 trionem siue aquilonē per expug  
 nationem dyabolicarum suggestio  
 num. **Tercio** tangitur contemplatio  
 vite fructus. cui dixit dñs. **Terrā**  
 in qua dormis tibi dabo. **Terrā** em̄  
 hec celestis patria est. in qua erit  
 perfecta quies. secundū illud **Ps**  
**In pace in idipsum dormiam et re  
 quiescam.** Unde in hac terra debz  
 caput nostrum id est mens tanq̄  
 in puluonari se ponere vt quiescat  
 a temporalium cura. **Hanc** dabit  
 nobis deus si in ea per contempla  
 tionē et desiderium peregrinamur et  
 conuersamur. **Genesis. xvij.** Dabo  
 tibi terrā peregrinationis tue. **Quia**  
 vero in p̄dicto somnio dicitur q̄ ia  
 cob vidit inmixtum scale dicentez si  
 bi ac. **Notandum** est q̄ sicut dicūt  
 sompniozū interpretes. appetitio do  
 mimi in sompnis potest habere vari  
 am expositionem vel significatiōez  
**Ram** dominus per sompniū aliq̄  
 apparet vt tacens. aliquando v̄o  
 vt loquens. aliq̄ v̄o vt patiens  
**Quādo** igitur alicui per sompniū  
 dñs apparet vt tacens et nichil lo  
 quēs. si ille qui hoc vidit peccator  
 est significat q̄ ouertetur ad deum  
 et finiet in penitentiā dies suos. **Si**  
 vero sit iustus et sanctus. significat  
 q̄ gloriē eius augmēto apud deum  
 p̄ficiet gaudium habiturus. **Si** ve  
 ro talis qui hoc videt sit homo in po  
 testate constitutus puta rex v̄l p̄  
 ceptus. significat q̄ inueniet gaudi  
 um et victoriā de inimicis. **Quā**  
 doq̄ vero dominus per sompniū  
 apparet vt alicui loquēs. et tunc si  
 ue loquatur aliquis p̄tinens ad fu  
 turorū p̄missionem. sicut locutus ē  
 hic iacob. siue aliquis p̄tinēs ad  
 conuersionem. sicut aliquando lo  
 quitur peccatoribz. siue ad cōforta

tionē. sicut aliquando loquit̄ iustis  
 tribulatis et in afflictioibus p̄tinis.  
 vel alio quocunq̄ modo loquatur  
 quicq̄ dicit tenendum est. **Quā**  
 doq̄ vero dñs in sompnis apparet  
 vt crucifixus. vel ymago ip̄a cruci  
 fixi. et tunc vt dicūt signat patie  
 tiā et victoriā in tribulationibus  
**Unde** si quis videat in somnio se ad  
 orare ymaginē dñi nostri ihesu cri  
 sti. aut osculetur. aut deprecetur. si  
 q̄dem rex est. et ipse inueniet victo  
 riā de inimicis. et gaudium in glo  
 riā sua. **Ram** crux post crucifixiōez  
 xpi maximas victorias designat. et  
 omnis calamitatis amissionē. **Quō**  
 si aliquis de populo videat. hic cō  
 sequitur gaudium. et p̄ quo inter  
 pellauerit obtinebit. **Sz** si soluz vi  
 deatur imago cristi absq̄ cruce. mi  
 nus erit gaudium vel victoriā. Et  
 nota etiam hic de imaginibus. q̄ il  
 le que in somnio apparent sine au  
 ro. significant euentum rerum po  
 tiorē. **Ram** ille que apparent cuz  
 auro. quandoq̄ tribulationem por  
 tendunt. **Hec** dicūt sompniozū  
 interpretes. que ego referendo tan  
 tūz non asserendo hic pono. an ve  
 ra vel falsa sint fateor me nescire.  
**Dicit Arist.** de sompnis q̄ neq̄ est  
 eis totaliter credendum. neq̄ tota  
 liter discredendum. **Et** ideo eueien  
 tia sompnia vt ipse dicit. neq̄ ydo  
 neum est contempnere. neq̄ oportz  
 ab eis facile persuaderi. p̄cipue q̄a  
 spūs mendax plerūq̄ in visione l  
 sompnio vt possit decipere hōiem in  
 forma xpi legitur apparere. **Sic** em̄  
 beato martino per exteriorē visi  
 onem sensibilem in forma xpi appa  
 ruit purpurat⁹. quē tamen ille p̄  
 spiritum cognouit atq̄ osudit.  
**In** vitis q̄ p̄m̄ t̄ferē q̄ monach⁹  
 quidaz audies facta magna moyse



cordis spiritu cepit eum p̄ferere  
 cristo, qui sequente nocte per sop  
 num vidit moysen cum thoro an  
 gelorum stantem in vestibus albis.  
 cristu; vero migris indutum vidit i  
 thoro hominum. p̄pter qd̄ insipies  
 monachus a fide cristi desipuit et  
 factus ē iudeus

**Capitulum ix.**

**Q** corpus cristi sub sacramto  
 assimilatur illi libro quem  
 vidit Johannes Ap̄c. v.  
 Vidi iquit librum qui erat scriptus  
 itus a foris, signatum sigillis. vii.  
 Dicitur corpus xpi liber itus scriptus  
 quia videlicet i se continet consola  
 tiones et suauitates. notabiles. mi  
 rabiles. Et iterum scriptus foris. q̄a  
 sacramentis visibilibus tegitur.  
 Signatum autem sigillis septem pot̄.  
 propter septem mirabilia que sūt  
 ibi. **P**rimum est qd̄ fit de pane nō  
 mutatum sed manēs idem. a ponit  
 tur a quibusdam exemplum. sicut  
 cogitio mea mediante vō c̄e fit tu  
 a manens mea. **S**ecundū ē qd̄ tā  
 ta magnitudo sub tam parua spe  
 cie totā latet. Et ponūt quidam ex  
 emplum. sicut in parua pupilla o  
 culi totus mons magnus recipitur  
 vel videtur. **T**ercium est qd̄ totum  
 corpus per os hominis intrat non  
 diminuitur. eadem potentia vt qui  
 dam dicūt. qua clauso vtero de v  
 gine exiuit et etiam de sepulchro  
**Q**uartum est qd̄ comeditur non cō  
 sumptum et non diuisū. Et ponūt  
 aliqui exemplum in sensu visus. si  
 cut viror herbe ab oculo vidētis q̄si  
 quidam eius cibus suscipitur. nec  
 tamen ipsa herba minuitur vel di  
 uiditur. **Q**uintum est qd̄ ab immū  
 dis tangitur sine contagione sui.  
 sicut lumen solis recipitur in re fe  
 da nec tamē sedatur. **S**extum ē qd̄

a pluribus sumitur et in pluribus  
 locis oficitur. nec tamen augetur  
 vel minuitur. sicut si multe cande le  
 ab vna accendantur. illa vna p̄p̄  
 hoc nec minuitur nec auget. **S**epti  
 muz est qd̄ est ibi quātitas sine quā  
 to. cuius exemplum p̄p̄rie non est  
 in natura dare vel alicubi reperiri.

**Capitulum x.**

**D**emonēs assimilantē illis lo  
 custis de quibus agitur in  
 visione sancti Johānis A  
 p̄c. ix. Vbi d̄i vidisse qd̄ exierunt  
 locuste i terrā. et data ē illis pt̄as  
 sicut habent potestate scorpiones ē  
 re. et p̄ceptū ē illis ne lederēt fenū  
 terre. nec oē viridē. neq̄ oēm arbo  
 rē nisi tm̄ hoīes qui nō habēt signū  
 dei in frōnibus suis. Vbi p̄mo nota  
 demonū elationem per similitudinē  
 locustarum. Assimilantur enim de  
 monēs locustis et p̄pter astensum  
 superbie. quia locuste in altum salū  
 unt. et sic demon per superbiam **P**  
 saie. xliij. In celum conscendat c̄e  
**I**tem p̄t̄ casum ruine. qd̄ locusta  
 post saltum nimium cadit **P**saie.  
 xliij. Quomodo cecidisti de celo lu  
 cifer c̄e. **I**te; p̄pter cōnuationem  
 malitiē. que notatur in logitu die  
 erurū posterior. quia semper i ma  
 litia perseuerant. **S**ecūdo attēde de  
 monū tēptationem. quia exierunt  
 in terrā. scz ad temptandū homines.  
 et dicunt exire scz a dei ordinatiōe.  
**D**eus enim temptationes nostras  
 ordinat i bonū nostrum et p̄fectū.  
 sed ab hac i tēptatiōe dyabol⁹ exit.  
 quia in suis temptatiōibus non  
 nostrum p̄fectum sed casum et de  
 trimentum intēdit. **E**xierunt etiā  
 de celo vbi creati fuerunt scz de em  
 pyreo. quando fuerūt eiccti per sup  
 biam in terrā id est ad temptandū  
 homines qui habitant i terra. eos



em qui sunt in celo temptare vel molestare non possunt. Unde pars eorum relicta est in hoc aere caliginoso ad temptandum nos qui sumus in terra. **Tercio** considera diuinam permissionem quia data est illis potestas scilicet temptandi permissione. **Ex.** Licet dyabolus afflictionem iustorum semper appetat tamen si ab auctore nostro potestatem non accipit ad temptationis articulum nullatenus oualefcit. **Sequitur** sicut habent potestatem scorpiones terre. Scorpiones sicut glossa dicit facie blandiunt sed cauda pungunt oculum. Et ita faciunt demones temptantes quia a principio portigunt delectationem et in fine inducunt cruciatum et afflictionem et sicut non sentitur punctio acis sic nec punctio scorpionum sed postea paulatim diffunditur per totum corpus et moritur punctus et similiter decepti a demonibus quando peccant non sentiunt deceptionem sed tandem miserabiliter puniuntur. **Proverb.** v. Fauus distillans labia meretricis et mivov oleo guttur eius nouissima autem illius amara quasi absinthium. **Quinto** nota dyabolice malicie refrenationem quia preceptum est illis ne lederent animam. Et hoc preceptum est demonum refrenatio ne tantum nocerent quantum uellent vel quantum possent si permitteretur quia nullus eis posset resistere. **Restringit** autem eorum potestas contra electos et saluandos quorum quidam sunt incipientes et isti intelliguntur per fenum quidam vero proficientes et isti per uiridem. **Quidam** vero perfecti et isti per arborum designantur. **Et** nota quod non dixit ne eos percuteret siue tangerent sed ne eos lederet quia sancti et persequuntur interdum

exterioribus et tanguntur interioribus scilicet dum temptantur sed non leduntur in mentibus scilicet ut peccatis consentiant vel ut finaliter pereant. **Job. ij.** Dixit dominus ad sathan. Ecce in manu tua est corruptio animam illius serua. **Et** per ista tria designantur tres ordines saluandorum scilicet **Roe** Daniel et **Job** id est coniugati qui terre adherent et designantur per fenum. **Et** continentales qui uiuorem corporis seruant. **Et** ideo designantur per uiridem. **Et** prelati qui designantur per arbores quorum rami refrigerium prestant alijs. **Est** ergo sensus preceptum est illis scilicet demonibus id est coartata est potestas eorum ne lederent fenum terre id est coniugatos in anima sed in corpore affligant et interdum temporalia auferant neque donec uiridem id est continentales uigore pudicie uiuentes neque omnem arborem id est prelatos folijs uerborum suorum alios sanantes et fructibus operum satiatae umbra exemplorum vel consolatione alios recreantes nisi tantum homines ab humo dictos id est carnales. **Prima Corinthiorum** tercio Cum sit inter uos zelus et contentio nonne carnales estis et secundum homines ambulatis qui non habet signum dei in fronte suo id est in aperto hoc signum est thau quod habet figuram crucis et est ultima littera in alphabeto hebreorum et nominatur siue interpretatur confirmatio. **Unde** significat ipsa finalem penitentiam que confirmat hominem in bono hoc autem signo liberantur omnes qui illud habent. **Ezechielis** nono. **Signa** thau super frontes uirorum gementium et dolentium super cunctis abhominacionibus que



funt aē. **Et infra.** Omnes sup que videritis thau ne decidatis. **Et hoc** signum debet haberi non solum in corde sed etiā in fronte. vbi est locus erubescētie. et etiā loc⁹ manifestus. vt se3 nō erubescat homo facere penitentiam aperte. et nom cristi aperte predicare. **Ite3** demones conantur maxime impedire p̄dicatores qd ostēditur ex visione beati Johannis que habetur **Apoē vii.** vbi dicitur. **Vidi** quatuor angelos stantes sup quatuor angulos terre tenentes quatuor vētos terre ne flarent super terram. neq supra mare. neq supra vllam arborē. **Per** istos quatuor angelos intelliguntur vniuersi demones. qui dicuntur quatuor ppter naturam numeri. quia quaternarius mltū diuisibilis est. et ipsi non intēdūt nisi diuisionem facere. **Item** quaternarius non est numer⁹ solio⁹ sed superficialis. **Item** suggestio demonū superficialis est non habēs soliditatem. **Item** dicuntur quatuor qz quatuor euāgelia ipugnāt. et qtuor vitia p̄cipu e suggerunt du3 temptant. vel qz per quatuor ptes mundi fideles temptant. **Vnde** sequitur. stātes sup quatuor āglos terre. i. in quatuor partibus mūdi imorantes vt omnes temptent. vlt hoc dicitur qz ipi demones laborāt vt ponant homines in angulis. i. in sordibus peccatorum. **Nam** in angulo sunt sordes. vel in angulo duplicitatis. **Sequitur** tenentes quatuor ventos. id est tenentes et impediētes omnes predicatores ecclesie. qui dicuntur quatuor. quia debent habere quatuor virtutes. iusticiam. fortitudinē. temperantiam et prudentiam. vel doctrinā quatuor euāgeliorum. que signifi-

cātur **Genesis** primo per quatuor flumina paradysi. vel quia debent predicare per quatuor climata mūdi. et dicuntur venti quia nubes. i. peccatores in pluuias lacrimarū dissoluunt. **Item** quia terre humiditates desiccant. i. carnis voluptatem et mentis cupiditatem. et de hys quatuor ventis dicitur. **Job. xxii.** Qui facit ventis potius et a quas appendit in mēfuta. sequit. ne flarent super terram. i. super illos qui ad modum terre sunt arabiles vomere p̄dicatiōis et susceptibiles diuini seminis. neq sup mare. i. sup fluidos et instabiles. neq sup vllam arborē. i. super illos qui ad fructificandū sunt habiles. q̄si dicat. **Demonēs** conati sūt et nūc conantur cotidie impediē predicatores ne prediēnt. neq boīs. neq malis. neq ad exercitatiōē bonorum. neq ad reuocatiōem malorum. **Sciunt** enim demones qz nil adeo prodest sicut predicatio verbi dei. **Glosa** In tempore tribulatiōis nichil magis necessarium q̄ predicatio verbi dei. **Ideo** mītur dyabolus eum detinere in omni loco. **Eco**tra autem dominus sub similitudine etiā quatuor ventorum vocat predicatores vt prediēt. **Ezechiel. xxxvii.** A quatuor ventis veni spiritus et insuffla sup interfectos istos et reuiuiscant.

#### Capitulū. xi.

**O**cto res noui testamti assimilantur illis animalibus que describuntur in prima visione libri **Ezechielis.** **Vbi** dicitur. **Et** de medio eius similitudo quatuor animalium aē. in cuius visionis serie introducuntur hec animalia vt copulata. vt figurata. vt pennigata. vt mota. et vt inflammata.



Ostenduntur ergo primo fuisse copulata quia quatuor. Unde dicitur quod de medio eius. i. ignis sicut Gregorius exponit quia supra premiserat et ignis inuoluens similitudo quatuor animalium. Primo ergo considera tria. primo locum qui conuenit sanctorum doctorum probationi. **Locus** enim originis siue egressionis sanctorum doctorum est de medio ignis. scilicet tribulationis siue persecutionis. **Eccl. xxvii. Vasa figuli. i. doctores christi probantur fornicariis tribulationis. sic enim estuant ut per impatientiam non destituantur. Eccl. xli. In medio ignis non sunt estuata dicit doctorum ecclesia. Et ideo dicitur Proverb. xix. quod doctrina viri. i. virilis doctoris per patientiam noscitur. Gregorius. Tanto minus unusquisque ostenditur doctus quanto minus patiens. neque enim potest veraciter bona docendo impendere. si viuendo nescit aduersa equanimiter tolerare. Perfecti enim doctoris est sic aliorum hominum improbitatem patienter sufferre. ut se nouerit ab iniquis sapienter obseruare. neque enim propter mundiciam sine tolerantia sufficit. neque tolerantia sine mundicia ualeat. vel de medio ignis. i. ex intimo feruore amoris sancti doctores procedunt ad opus predicationis. Secundo tangitur numerus qui competit doctorum eruditioni. quia quatuor. siue propter doctrinam quatuor euangeliorum quam predicant. siue propter quadruplicem intellectum scripturarum quas explanant. siue propter quatuor mundi partes quas suis doctrinis illustrant. qui etiam significantur per quatuor quadrigas. **Zach. vi. Tercio ponitur tropus. id est similitudo que competit eorum perfecti. quia similitudo erat animalium****

In animalibus enim est perfectio motus et sensus. quia scilicet sancti doctores vigent sensu discretionis. et motu boni operis. Ipsi enim sunt animalia quibus dominus manus sue largitatis aperit. et eis benedictionem sue gratie affluenter infundit. **Ps. Apis tu manus tuas aperit. et eis benedictionem sue gratie affluenter infundit.** Secundo introducuntur hec animalia ut figurata. habent enim quantum ad commune figuram similitudinem hominis. Et permittitur quod similitudo hominis erat in eis. siquidem in sanctis doctoribus est similitudo hominis. i. christi. Unde Gregorius dicit. quod sancta animalia hec non essent nisi christi similitudinem habuissent. Competit ergo omni sancto doctori ut assimilatur christo homini. **Im illud Mat. xii. Omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini prifamilias. i. christo. Debet enim christum imitari et ei assimilari in uiuendo sicut paulus faciebat. qui dicebat Gal. ii. uiuo autem iam. non ego. uiuit uero in me christus. Item in docendo siue predicando. sicut idem dixit. i. Corin. i. Nos predicamus christum crucifixum. Item in faciendo. i. Corin. xi. Imitatores mei estote sicut ego christi. Item in patiendo. Unde idem paulus Gal. ii. dixit Christo confixus sum cruci. Demum describitur hominum animalium figura specialiter quo ad partes eorum. scilicet quo ad facies. quo ad manus. et quo ad pedes. Primum enim quo ad facies ponit. quod erat in eis quadruplex figura. scilicet hominis et leonis a dexteris. vituli siue bouis a sinistris. et aquile de super. Per has ergo quatuor facies dicunt quidam mystice figuratos quatuor euangelistas. scilicet per faciem hominis Matheum. qui ab humana christi generatione euangelium inchoauit dicens. Liber generationis iesu christi et cetera. Per faciem uero leonis Marcum. quia a rugitu**



deserti euangelium incepit dicens  
**V**ox clamantis in deserto. per faci-  
 em autem bouis **L**ucam. qz a sacer-  
 dotio zachariemcepit principium  
 dicens. **F**uit sacerdos quidam  
 ac. **N**am sacerdotis erat boues im-  
 molare. sed per aquile faciem **J**o-  
 hannes accipitur. qui ceteteris alijs  
 contemplando volauit. suum euā-  
 gelium ab eterna verbi generatio-  
 ne inchoando dicens. **I**n principi-  
 o erat verbum. et verbum erat apud  
 deum ac. **D**icit autem qz quatuor fa-  
 cies vni. qz omnes quatuor euāgeli-  
 ste locuti sunt de vno. scz de xpo. vñ  
 ille quatuor facies optunt vni. id est  
 cristo **Q**ui sicut dicit glosa. **N**atus  
 est vt homo. passus est vt vitulus  
**R**esurrexit vt leo. ascēdit vt aquila.  
**E**t ideo secunduz **G**reg. **H**omo  
 et leo dicuntur esse a dextris. quia  
 cristi natiuitas et resurrectio erūt  
 omnium generaliter leticia que p  
 dexteram intelligitur. sed vitulus  
 dicitur eē a sinistris. quia mors cri-  
 sti apostolis tristitia fuit. que tristi-  
 tia per tinet ad sinistram. quia sin-  
 strum dicimus qd aduersum depu-  
 tamus. vt dicit glosa. **A**quila autē  
 dicitur esse desuper. quia ascēsiōne  
 cristi significat in altum. secunduz  
 illud. **P**s. **A**scendisti i altum **J**ob  
 tricesimo nono. **N**unquid ad pre-  
 ceptum tuum leuabitur aquila?  
**M**oraliter autem doctor ecclesiasti-  
 cus debet esse vt homo secundum  
 rationem viuendo. **S**ecundum ra-  
 tionem dico a deo per fidem illumi-  
 natam. et secunduz diuina precep-  
 ta regulatam. **I**uxta illud. **P**s.  
**B**eatus homo quem tu erudieris  
 domine. et de lege tua docueris eū  
**I**tem debet esse vt leo temptatio-  
 bus resistendo et aduersa nō me-  
 tuendo. **P**rouerb. xxviii. **I**ustus

quasi leo confidens absqz terrore e-  
 rit. **I**tem vt vitulus seipsum sacri-  
 ficando. de talibus vitulis dicitur  
 in. **P**s. **T**unc imponent super alta-  
 re tuum vitulos. **I**tem debet esse  
 vt aquila sublimia contemplando.  
 vel alios ad contemplationem et  
 amorem dei prouocando. **D**eut.  
 xxxii. **S**icut aquila prouocans ad  
 volandum pullos suos. **V**el dicit  
 doctor esse vt homo per prudentia.  
 vt leo per fortitudinem. vt vitulus  
 per temperantiam. et vt aquila p  
 iusticia. **Q**uidā vero vt dicit **J**he-  
 ronimus per quatuor facies intel-  
 lexerūt quatuor elemēta que dicunt  
 inesse vni. qz in vno corpe hominis  
 vniunt. **V**ñ quāuis in mundo maio-  
 ri sint distincta. in mūdo tamē mi-  
 nori. i. in homine sunt vniūta. **A**lii ve-  
 ro per has quatuor facies quatuor prin-  
 cipales accipiunt anime passioēs.  
 scz gaudium. tristitiam. spem. et  
 timorem. quarum quedam sunt de  
 bono. vt gaudium de presenti bono.  
 et spes de futuro. **A**lie sunt de ma-  
 lo. scz vel presentī vt tristitia. vñ fu-  
 turo vt timor. **E**t ideo quedam di-  
 cuntur esse a dextris. quedam vō  
 a sinistris. sed super has debet esse  
 ratio eas modificās et regulans.  
 et ideo facies aquile dicitur esse de  
 super. **E**t nota qz iste facies dicun-  
 tur extente desuper. quia in omni-  
 bus hjs intentio et contemplatio  
 sanctorum super se tendit. sicut di-  
 cit **G**reg. **I**tem de scribitur figura  
 eorum quantum ad manus. quia  
 habebant manus ad modum homi-  
 nis. **V**ñ dicit qz manus hoīs sū pē-  
 nis eoz. **V**bi nota qz quilibz doctor  
 dēt habē manū hoīs. i. opa lō. scz  
 vt nō solū lō dicat. sed etiā faciat.  
**F**m illd **C**epit ihesus facē et docere  
**A**ctu. i. **G**reg. i **P**astro. **P**redicator



qui seq plus actibus q̄ uocibus ite-  
net. et bene uiuendo restigia seq̄.  
ribus imprimat. q̄ loquendo qua  
gradientur ostendat. sed debent  
esse manus hominis. id est opera se-  
cundum rationes facta **Apoꝝ. Ho.**  
**xij.** **Rationabile obsequium v̄m.**  
sed dicuntur manus esse sub p̄mis.  
quia debet esse virtus operis s̄b vo-  
latu contemplationis. sc̄z ut s̄b contem-  
platiua sit etiam actiua. et debent  
esse manꝝ in q̄tuor p̄tibꝝ. qz sc̄z q̄-  
tuor modis p̄ opa vite actiue prox-  
imis seruit. sc̄z vel quātū ad aiām.  
vt docēdo. consulendo. et alias sp̄ua-  
les elemosinas ipende no. vel quā-  
tum ad corpus uiuum. sc̄z reficiēdo.  
restiendo. et alia necessaria ministrā-  
do. vel quātū ad corpus. de functuz  
sc̄z opponendo et sepeliendo et huiꝝ  
modi. vel quātū ad res tpales ex-  
teriores. sicut de defendendo tpalia ui-  
tra ecclie. vel aliarū personarum et  
huiusmodi. **Vel sc̄dm Greg.** dicunt̄  
eē i q̄tuor p̄tibꝝ. qz sc̄i euangeliste  
q̄ fuerūt p̄mi doctores noui testam̄-  
ti opꝝ exterioris doctrine per q̄tu-  
or ptes m̄di diffuderūt. sc̄z per ori-  
entē. occidentē. meridiē et septent̄-  
onem. **Item** describit̄ earuz figura  
quo ad pedes. qz pedes eoruz pedes  
recti. et plāta pedis eorꝝ q̄si plāta  
pedis vituli **In** pedibus sicut dicit  
glosa intelligūtur gressus operuz.  
ita vt sicut per manus intelligunt̄  
op̄a que ordinantur ad proximū.  
ita per pedes itelliguntur opera ho-  
minis quantum ad seipsum. **Sicut**  
eniz animal gressibile pedibus per-  
git ad locum. ita etiam homo sp̄i-  
tualis operibus tendit in deum.  
**Vnde Augustinus dicit.** qz deo qui  
ubiq̄ ē non locis appropinquamꝝ.  
sed bonis studiis. bonisq̄ actionibꝝ  
**Et** iteo sicut sine pedibus corpꝝ h̄

minis non pergit. **Sic** etiam fides  
hominis sine operibus non proficit  
**Jacobi secundo.** **Fides** sine operibꝝ  
mortua est. **Sed** in istis pedibus id  
est operibus debet esse rectitudo i-  
tentionis. sc̄licet vt recta intentiōe  
fiant. **Vnde** dicit **Pedes** eorum pe-  
des recti. sc̄z per rectam intentionē.  
quia qualis est intentio tale ē opꝝ  
**Ecc̄i. li.** **Ambulauit** pes meus iteꝝ  
rectum. **Item** debet esse in eis ma-  
tūritas moderationis. quia cum q̄-  
dam maturitate id est grauitate et  
modestia debent exequi et perfice-  
re opus intentum. **Vnde** dicit qz  
planta pedis eoruz quasi planta pe-  
dis vituli. **Vituli** enim siue boues  
vt dicit **Gregorius** cum quadam  
maturitate siue grauitate incedūt  
**Vel** etiam in planta pedis vituli si-  
gnatur fortitudo laboris. quia vi-  
tuli siue boues fortes habent pedes  
vt ipse **Gregorius** dicit. **Item** in  
hoc signatur discretio circumspecti-  
onis. ex eo qz in pedibus vituli est  
unguium discretio. **Ex** quibus pa-  
tet qz opera doctōrum debent esse  
recta. graua. fortia. et discreta.  
**Tercio** hec animalia describuntur  
etiam esse pennata **Vnde** dicit qua-  
tuor penne v̄m. et cetera. **Vbi** circa  
eoruz peninas nota quatuor. primo  
distinctionem. quia quatuor pen-  
ne v̄m. sc̄licet ad modum alarum  
**Iste** quatuor penne sunt quatuor  
conditiones que necessarie sunt cui-  
libet contemplanti. vt per volatuz  
contemplationis possit ad diuina  
leuari. **Prima** penna est mentis v̄-  
tus per quam sc̄licet anima ad vo-  
latum contemplationis disponit.  
**Est** enim anime contemplatis ne-  
cessaria virtus moralis. ex eo qz v̄-  
tutes morales vehemētiaz passionū  
reprimunt. et sedant exteriorum



occupationum tumultus quibus abstraheretur intentio eius ab intelligibilibus ad sensibilia **Eccl̄i. xliij.** Domines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes. Studium enim pulchritudinis est studium contemplationis quod competit hominibus virtutibus habundantibus.

**S**ecunda penna est mentis actus. quo scilicet contemplatio incipit. Et talis actus est lectio. oratio. et meditatio. et huiusmodi. Nam in lectione mens informatur. in oratione eleuatur. in meditatione autem inflammat. secundum illud **Ps̄.** In meditatione mea exardescet ignis.

**T**ercia penna est gradus considerationis. quo scilicet ordinate anima contemplatio progreditur. Et nota quod hęc contemplatio diuersos gradus quibus scilicet anima in dei cognitionem ascendit. secundum illud **Ps̄.** Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrimarum. Unde **Richardus de sancto victore** sex gradus contemplationis distinguit. quibus mens per creaturas mundi in dei contemplationem ascendit.

**P**rimus gradus est secundum solum ymaginationem dum attendimus solum res corporales. Unde in hoc gradu ponitur solum perceptio sensibilibus. Secundus gradus est in ymaginatione secundum rationem puta scilicet sensibilibus ordinem et dispositionem consideramus. Unde in hoc gradu fit progressus a sensibilibus ad intelligibilia. Tercius est in ratione secundum ymaginationem quando scilicet per inspectionem rerum visibilibus ad invisibilia subleuamur. Unde in hoc gradu ponitur nuda ratio sensibilibus secundum intelligibilia. Quartus gradus est in ratione secundum rationem. quando

scilicet animus intendit invisibilibus que etiam ymago non nouit. Unde in hoc gradu ponitur absoluta consideratio intelligibilium. in que per sensibilia deuenitur. Quintus est supra rationem. quando diuina reuelatione cognoscimus que humana ratione comprehendere non possunt. Unde in hoc gradu ponitur contemplatio intelligibilium que per sensibilia inueniri non possunt. sed tantum per rationem capi possunt.

**S**extus est supra rationem. quando scilicet ex diuina reuelatione cognoscimus ea que humane rationi repugnare videntur. sicut ea que dicuntur de misterio trinitatis. Unde in hoc gradu ponitur consideratio intelligibilium. que ratio nec inuenire nec etiam capere potest. Quarta penna est dei intuitus. id est ipsa contemplatio diuine veritatis. et in hac contemplantis volatus finitur. Quia huius contemplatio finis est totius humane vite. Unde **Augustinus** dicit in primo de trinitate. quod contemplatio dei promittitur nobis. ut actionum omnium finis atque eterna perfectio gaudiorum. hic autem competit nobis imperfecte. videlicet per speculum in enigmate. Et ideo est quedam inchoatio illius beatitudinis. Sed nota quod dicit quod istarum quatuor pennarum due tegebant corpora animalium. quia quod diu sanctorum doctorum anime corporibus tegebantur. id est quod diu sunt in hac vita indigent ad contemplatiuam vitam duobus predictorum. scilicet virtute morali. Nam a corpore exuta anima. nec sensibilibus passionibus. nec rerum corporalium tumultibus inquietabitur vel impedietur. Et ideo non indigebit virtutibus moralibus. que habet huiusmodi



impedientia reprimere vel sedare. Item indiget gradu considerationis. quia scilicet in hac vita non potest anima immediate leuari in contemplationem diuine veritatis. sed potius per quosdam gradus in ipsius contemplationem confurgit. Due autem alie penne inuicem iungebantur. quia scilicet in alia vita videbitur deus sicuti est. et erit actus et contemplatio mentis cum vno intuitu diuine veritatis. **Vnde Augustinus** dicit quod non erunt in patria cogitationes nostre volubiles ab alijs in alia euntes atque redeuntes. sed totam scientiam nostram vno simul conspectu videbimus. **Quibus** ergo pennis corpora teguntur. quod scilicet vntus et gradus contemplantis. necessaria sunt quod diuina anima mortali hoc corpore tegitur. Due vero penne iunguntur. quia scilicet in visione beata mentis actus et contemplatio vnto et simplici intuitu diuine veritatis perficitur. **Vel** iste quatuor penne quibus anima in contemplatione leuatur. sunt ille quatuor considerationes. quas beatus **Bernardus** in libro de consideratione ponit. **Qua** prima est admiratio maiestatis. **Secunda** est consideratio iudiciorum dei. **Tercia** est recognitio beneficiorum. **Quarta** est consideratio promissorum. **Quarum** due dicuntur corpora tegere. quia operta et tecta sunt anime quod diuina manet in corpore. scilicet immensitas diuine maiestatis. et abyssus iudiciorum dei. due vero inuicem iunguntur. scilicet promissa et beneficia. Nam promissio beneficiorum fit. et beneficia promissa conferuntur. sed promissio promittitur ad consolationem. beneficium vero subsequitur ad satisfactionem. **Sed** secundum beatum **Gregorium**. Quatuor iste pen-

Et dicit **Gregorius** quod sentit per hoc quod humanam mentem contigendo subleuat. et temporales cogitationes deprimens eternis hanc desiderans inflammat. ut nichil ei iam nisi que superna sunt libeat. et cuncta que inferius de humana pestre punt corruptione contempnat. vel dicitur absconditum. quia quale sit non potest scire nisi qui percipit **Apocalipsis** secundo. **Vnicent** ti dabo manna absconditum quod nemo scit nisi qui accipit. Vel alia de causa dicitur verbum absconditum. Nam quia pauci sunt illi qui percipiunt dicitur verbum absconditum. quasi paucis inspiratum. **Secundo** ostenditur quod interior inspiratio percipitur tenuitatur. **Cum** subditur. **Et** quasi furtive suscepit auris mea venas futurum eius. et est sensus quasi furtive id est raptim et occulte. suscepit id est suscipiendo cognouit. auris mea scilicet interior cordis. venas futurum eius. id est modus siue effectus occulte locutionis siue inspirationis eius. que dicitur futurum propter tenuitatem. quia futurum non plena voce. sed tenui flatu emittitur. **Nam** quando deus se nobis plene et aperte manifestabit. tunc nobis quasi plena voce loquetur. sed nunc quia tenuiter se nobis manifestat. quasi susurrando loquitur. **Non** autem ait susurrum. sed venas futurum. quia diuina inspiratio diuersis modis id est diuersis modis siue causis cordi infunditur. **Vnde** **Gregorius** Quasi venas futurum aperit nobis deus. cum latenter insinuat quibus modis ad nostre intelligentie aurem venerit. aliquando enim nos amore. aliquando terrore compungit. aliquando presentia quod mala sunt o-

stendit. et ad eterna diligenda desiderium erigit. aliquando prius eterna indicat. ut post temporalia vilescant. aliquando mala nostra aperit nobis. et ad hoc vsque quod etiam voleamus de alienis malis extendit. aliquando aliena mala nostris obtutibus obicit. et computatos mirabiliter a nostra prauitate nos corrigit. **Tercio** fit terribiliter. et ideo subdit. in horrore visionis nocturne etc. **Vbi** nota causa timoris. **Primo** ex tempore. quia in horrore visionis nocturne. De nocte enim homo magis timet quam de die. **Sed** moraliter sicut dicit **Gregorius**. **Horror** nocturne visionis est paucor occulte contemplationis. **Humana** etenim mens quo altius eleuata que sunt eterna considerat. eo de factis temporalibus grauius tremefacta formidat. quia tanto se rez verius certat. quanto se ab illo lumine discrepasse quod super se iter micat conspicit. sicque fit ut illuminata plus metuat. quia magis aspiciat a veritatis regula. per quam discordat. eamque graui formidine suus ipse profectus quatit. que prius quasi securius nihil videbat. **Nota** etiam quod id quod in hoc mundo de diuinis contemplando aspiciamus nocturna visio dicitur propter obscuritatem. quia modicum et tunc obscuritate de illo summo lumine videmus. et nichilominus propter excessum eius respectu nostri in contemplatione eius inhorrescimus. **Vnde** **Aplius** videmus nunc per speculum. **Secunda** causa timoris potuit esse ex sopore. **Vnde** dicitur quando solus sopor occupare homines paucor tenuit me et tremor. **Homo** enim qui soporari ac dormire incipit fortius terretur. quam ille homo qui plene



vigilat. Sed moraliter per sopores intelligitur quies mentis ab exterioribus sollicitudinibus et occupationibus. a quibus quanto magis abstrahitur. ad contemplandum superna liberior et aptior inuenitur. **Cant. v.** Ego dormio et cor meum vigilat. **Vnde Gre.** dicit q̄ facta mens quo se a strepitu temporalis concupiscentie comprimit. eo verius interna cognoscat. et tanto alacrius ad intima vigilat. quanto se ab exteriori inquietudine occultat. **Et hinc est q̄ iacob** in itinere positus caput ad lapidem posuit et dormiuit. et tunc habuit visionem de scala. **Vnde etiam dominum et angelos vidit.** in quo significatur q̄ in itinere huius vite ille est aptus ad diuinas reuelationes et contemplationes. qui caput ad lapidem ponit. id est qui mente Christo inhaeret. et dormit. id est ab appetitu visibiliu mentis oculos claudit. et a rerum temporalium amore quiescit. sed sequitur. **Pauor tenuit me et tre.** et oia. of. mea. p. s. Ille enim qui illuminatur ad contemplandam celsitudinem diuine potentie et rectitudinem diuine iusticie. pauet et considerando diuinam immensitatem. tremat intiendo suam deformitatem. et terrentur eius ossa. q̄ sc̄ expauescit etiam de his que fortiter se egisse crediderat. scilicet quando considerat diuine iusticie seueritatem. **Vnde hoc terrore percussus dauid dicebat.** Non intres in iudicium cum seruo tuo domine aē. Nam omnis humane vite rectitudo ad illam rectissimam diuini iudicij regulam ducta multipliciter inuenitur obliqua. sicut baculus qui videtur ad oculum rectus rectissime aliam lineam appositus statim apparet distortus

**Quarto diuina inspiratio fit instabiliter.** et ideo sequitur. **Dum spiritus meus in thoro pilorum carnis.** **Domine** presente id est ad contemplandum deo assistente spiritus transit. quia id quod de spiritualibus dulciter videtur non stabiliter sed in quodam transitu percipitur. quia in illa suauitate non diu mens fixatur. eo q̄ ad semetipsum immensitate luminis reuerberata reuocatur. **Sed sequitur.** **Inhoruerunt pilorum carnis mee.** **Pili** carnis sunt quilibet minuti defectus. siue cuiuslibet superfluitatis tenues excessus. qui etiam in iustis et contemplatiuis viris ex carnis corruptibilitate reperiuntur. sed isti pili spiritu transeunte inhorrescunt. quia dum homo in arce spiritualis contemplationis eleuatur. etiam huiusmodi tenues defectus siue excessus perhorrescit. et de illis mente cruciatur. **Vel pili** qui sunt superfluitates carnis sunt superflue cogitationes mentis. **Vnde** preceptum fuit per moysen in lege q̄ **Leuitate** raderent omnes pilos carnis sue. **Leuita** quippe assumptus vocatur. **Oportet** ergo leuitas omnes pilos carnis radere. quia hi qui in diuinis obsequijs assumuntur. debent ante oculos dei a cunctis carnis cogitationibus mundi apparere. **Transeunte** ergo spiritu pili peritescunt. q̄ ante operationis sui cogitationes superflue fugiunt. ut nil fluxum. nil iam remissum libeat. quia afflatam mentem etiam contra semetipsam visitationis intime seueritas inflamat. ut dicit **Gregorius.** **Quinto** diuina inspiratio fit incomprehensibiliter. quia scilicet non ita fit ut per eam deus comprehendatur. id est ut aperte per essentiam videatur. **Et ideo** seq̄



Stetit quidam cuius non agnosce-  
bam vultum. mens enim contem-  
plantis deum usq; ad hoc quidem e-  
leuari potest ut cognoscat dei imu-  
tabilitatem. quam significat p hoc  
q dicit. Stetit quidam. Creatura  
enim ex se non habet q stet. quia  
sicut ex se nichilo est. ita ex se i ni-  
chilum tenderet. si eam virtus dei  
non teneret. Vnde omnis creatura  
qz de pcedens est a deo. secundu illd A-  
ristotilis in libro de celo et mundo  
A deo de pcedet celu et tota natura.  
Et fm illd eiusde Ab hoc qd ez ente  
scz deo singulis deriuatu e ee et vi-  
ueret hys quidem clarius. illis ve-  
ro obscurius. Ideo ex se non ha-  
bet stare sed fluere. Stare ergo est  
proprie solius creatoris qui nulla  
mutatione variatur Jacobi pmo.  
Apuqz que no e transmutatio. neqz  
vicissitudinis obumbratio. Vnde  
ipse immobilis stabilisq; manens  
dat aicta moueri. Licet ergo mes  
contemplans pertingere possit ad  
cognoscendaz dei immutabilitatez.  
sicut vt cognoscat ipsum semper  
stare. sicut pleriq; Philosophi pro-  
bauerunt pimum principium esse  
immobile et eternum. tamen ad  
hoc in hac vita nunq; naturaliter  
pertingere potest ut videat dei faci-  
em id est vt cognoscat ipsius qui-  
ditatem. et ideo subditur. Cuius  
non agnoscebam vultum Exodi  
tricesimo tercio Posteriora mea vi-  
debis. faciem autem meam videre  
non poteris. Posteriora dei dicunt  
eius effectus. ex quibus de deo co-  
gnoscimus potius quid non sit. q  
quid sit. qd esset faciem videre. s  
licet ipse deus in se videri non pos-  
sit. in sua tamen imagine id est in  
suo filio se nobis visibilez tribuit.  
sicut ipse filius dixit Johannis de

eimo quarto. Qui videt me videt  
et patrem meum Vnde subditur.  
ymago coram oculis meis. Ipse e-  
nim dei filius qui est ymago dei. se-  
cundum illud Sapientie septimo.  
Candor est lucis eterne et ymago  
bonitatis illius. mortali nostra ca-  
ne assumpta etiam coram oculis ca-  
nis visibilis nobis apparuit. Ex  
hys ergo manifeste colligitur. q  
quicquid de deo per contemplatio-  
nem attingitur. valde tenuiter et i-  
perfecte conspicitur. Et ideo subdi-  
tur. Et vocem quasi aure leuis au-  
diui. Ista vox aure leuis est spiri-  
tus sancti inspiratio. que quia se-  
cundum moduz nostre capacitatis  
et imbecillitatis fit in nobis. ideo  
est ad modum aure leuis. id est te-  
perata et tenuis Vnde Gregorius  
Vox dei quasi aure leuis auditur.  
quia in hac adhuc vita positus con-  
templatorib; suis nequaq; se diui-  
nitas sicut est insinuat. sed lippien-  
tibus adhuc mentis nostre oculis  
claritatem suam tenuiter demon-  
strat. Sexto diuina inspiratio fit  
utiliter. quia per hanc homo de dei  
equitate et de sua humilitate instru-  
itur. Et ideo subditur. q per istam  
vocem audiuit Nunquid homo dei  
comparatiõe iustificabitur? Quia  
enim opposita iuxta se posita magis  
elucescunt. vt dicit Philosophus.  
propter quod accidit. vt dicit Gre-  
gorius. q tanto quisq; subtilius de  
tenebris indicat. quanto ei clari9  
xpitas lucis constat. Ideo eleuat9  
in dei contemplationem. quanto  
melius conspicit rectitudinez iusti-  
tie diuine. tanto clarius cognoscit  
obliquitate[m] vite sue. Vnde tunc  
aperte videt homo q in dei compa-  
ratione iustificari non potest. quia  
vt dicit Gregorius Diuina iusticia



diuine iusticie opata iusticia est .  
 quia lucerna in tenebris fulgē cer  
 nitur . sed in sol radio posita tene  
 bratur . tunc etiam cognoscit qd si  
 aliqd patitur iuste patitur . ita qd  
 de flagello dei murmurare non dēt  
**Et ideo subditur . Aut . fac . su . pu**  
**erit . vir . Gre .** Quisq; de percussio  
 ne murmurat . qd aliud qd iusticia  
 ferietis accusat . puriore ego se vir  
 factore suo extimat . si extra flagellū  
 querelaz parat . eiq; se paul dubi  
 o pponit . cuius iudicium de sua af  
 flictione reuarguit . signē autē di  
 cit factore suo . qd n̄ dēt aliqs crede  
 qd creator creaturā suā quaz de ni  
 hilo fecit impie affligere velit . qd  
 tūc ut dicit **Gre .** elyphas didicit cū  
 vocem aure leuis audiuit . quia i o  
 sideratione diuine maiestatis discit  
 qd humiliter in sua aiaduersione ti  
 meatur . a qui superiora de gustat . i  
 feriora equanimitē tolerat . quia  
 plene intus conspicit quāti extimz  
 qd fo ris agit .

**Capalm . xx .**

**M**aria mater dñi assimilatur il  
 li sedi que per visionem y  
 maginariam ostēsa fuit be  
 ato **Johanni Apocaliph . n̄ .** Vidi i  
 quit . et ecce sedes posita erat in ce  
 lo . et supra sedem sedens . et qui se  
 debat similis erat aspectui lapidis  
 iaspidis et sardinis . a iris in circū  
 itu sedis similis visioni smaragdi  
 ne . Huic enim sedi assimilatur be  
 ata virgo **Primo** ratione artificij .  
 quia ad modum et formam sedis  
 fuit artificata . Nam sedes est a ter  
 ra eleuata . inferius clausa et aper  
 ta superius . Sic ipsa fuit eleuata a  
 mundo . clausa peccato . et apta de  
 o **Psalmista** Sedes tua deus in secu

lum seculi **Secundo** ratione loci .  
 quia posita erat in celo scilicet em  
 pyreo . vbi posita erat affectione a  
 contemplatione . a nunc est ibi glo  
 rificata etiam habitatione **Psalmi**  
**sta .** Dominus in celo sedes eius . vñ  
 posita id est per fidem firmiter sta  
 bilita . in celo id est in ecclesia mili  
 tante **Tercio** ratione obsequij . qd  
 super sedem sedens scilicet xpc qui  
 licet super eā fuerit dignitate . tam  
 in ea sedit et quieuit incarnationis  
 humilitate **Eze . xliij .** Princeps ipe  
 sedebit in ea ac . Ostendit ibi etiā  
 beatus **Johannes** qualis erat ille  
 sedens . quia qui se . e . fil . al . la . ia .  
 a . sar . **Duplici** lapidi assimilatur  
 saluator n̄ xpc ad designandā du  
 plicem naturam in eo . scz diuinam  
 et humanam . Diuina natura in la  
 pide iaspidis designatur . qd iaspis  
 viridis est coloris . qui inter omnes  
 colores magis confortat et delectat  
 visum . et sic diuinitatis species su  
 per omnia itelligibilia magis dele  
 ctat et confortat intellectum . **Humana**  
 vero natura designatur i lapide  
 sardinis qui est coloris rubei . quia  
 cristi hūanitas rubricata fuit sagui  
 ne passionis **Ysa . xliij .** Quare ru  
 brum est indumentum tuum . **In**  
 visione seu cognitione harum dua  
 rum naturarum totus homo glori  
 ficabitur . **Vnde** siue ingrediatur  
 per intellectum ad conspiciendam  
 diuinitatem . siue egrediatur p se  
 sum ad videndam humanitatem i  
 suo saluatore . pascua inueniet it9  
 in aspectu diuinitatis . foris i aspe  
 ctu humanitatis **Quarto** ratione  
 ornamenti . quia iris in circuitu se  
 dis si . vi . sma . **Et** hic circuitus etiā  
 competit beate virgini . que suam  
 protectionem virtutem et gratiaz  
 vñdiq; extendit vniuersā ecciam



protegens et adiuuans **Ecc̃i. xxiii.**  
**Cirum celi circuiui sola.** Duo autē  
 colores principales pr̃ois scilicet  
 igneus et ceruleus sunt due virtu-  
 tes beate virginis. quia igneus ē  
 caritas. ceruleus est castitas **Sapi-**  
**entie quarto.** **O q̃ pulchra est ca-**  
**sta generatio cui caritate Poruer-**  
**biozum vltimo.** **Vissus et purpura**  
**inumentum eius.** Dicitur etiam  
 esse smaragdo similis propter vira-  
 rem fidei que in ea nunq̃ emarui-  
 it **Item yris est signum elementie**  
**et reconciliationis dei ad geñ hu-**  
**manum.** Vnde proprie conueit be-  
 ate marie virgini **Genesis nono.**  
**Arcum meum ponam in nubibus**  
**celi. et erit signuz federis inter me**  
**et terram.** **Item yris est arcus si-**  
**ne corda ad nos inclinans cornua**  
**in signum q̃ non vult ferire s̃ par-**  
**cere.** Vnde etiam significat beate  
 virginis pietatem et misericordiā  
 que semper filium ad parcendum  
 a non ad ferendum inuocit dicens  
 illud **Iohelis secundo.** **Parce domi-**  
**ne parce populo tuo.** **Item beata**  
**virgo assimilatur illi signo. qd̃ vi-**  
**dit beatus Iohannes apparere i ce-**  
**lo Apocalipsis duodecimo.** vbi dicitur.  
**Signum magnum apparuit i**  
**celo. mulier amicta sole et luna sub**  
**pedibus eius. in capite eius corōa**  
**stellarum duodecim. et in vtero ha-**  
**bens et clamabat.** **Vbi dignitas**  
**matris domini nostri quadruplici-**  
**ter declaratur.** **Primo ex antiqui-**  
**tate. in eo q̃ dicitur signū magnū.**  
**qua scilicet fuit ex antiquo in ma-**  
**gnis rebus prefigurata.** **Secundo**  
**ex natiuitate. quia apparuit i celo.**  
**.i. in ecclesia militante. scz quando**  
**nata est.** **Tercio ex claritate. quia**  
**amicta sole. et luna sub pedibus eius.**  
**et in capite eius corona stellarū. xij.**

**Quarto ex fecunditate. quia in v-**  
**tero habens et clamabat.** **Primo**  
**ergo beata virgo dicitur lignum**  
**magnum. quia scilicet fuit ab anti-**  
**quo magnifice prefigurata.** **Fuit em̃**  
**prefigurata beata virgo i signo celi.**  
**in signo regni. et in signo belli.** **De**  
**pr̃mo dicitur Genesis ix.** **Arcuz me-**  
**um ponā in nubibus celi. et erit si-**  
**gnum federis inter me et terram.**  
**Et assimilatur illi arcui quo ad quatuor**  
**pr̃cipuos colores. q̃ vident̃ respōde-**  
**re quatuor elemētis sicut dictū est fu-**  
**pra. li. pr̃mo. ca. lxxix.** **Ipsa em̃ ha-**  
**buit colore igneū in feruore carita-**  
**tis. Itē iacinctinū in nitore sancti-**  
**tatis. ceruleum i opassioe pietatis.**  
**et gramineū siue viridem in nitore**  
**virginitatis.** **Est etiā aliud signuz**  
**in celo cui assimilatur beata ṽgo**  
**Solz em̃ secundum opunitas sol i**  
**medio mensium ingredi nouum si-**  
**gnum.** **In medio autem augusti si-**  
**gnum virginis ingreditur. sol au-**  
**tem quando est in signo in quo cre-**  
**atus est maximos dicitur habere**  
**effectus.** **Et ideo in assumptione que**  
**celebratur in medio augusti. sol iu-**  
**sticie ingressus est in signum virgi-**  
**nis gloriose. quia q̃ in virgine cep-**  
**tus fuerat per incarnationem. in as-**  
**sumptionis die ingressus est in eam**  
**per glorificationem. et ideo in eaz**  
**et per eam magnos effectus impa-**  
**mit gratie. ita vt omnes possit ad**  
**eam confidenter accedere.** **Itē fuit**  
**prefigurata in signo regni. .i. in scep-**  
**tro sine virga aurea assueri. Nam**  
**sicut legitur Hester. v.** **Cum rex**  
**assuerus iudeis esset iratus Hester**  
**regina ad intercedendum se contu-**  
**lit. et rex auream virgam pro si-**  
**gno clementie ad eam extendit et**  
**placatus fuit.** **Hec virga aurea**  
**est mater nostra virgo maria. qua**



mediante deus humane natūe siue peccatoribus placatus est. **V**nde ipsa data est nobis in signum elementie et misericordie ad quā fugientes liberantur. **I**tem p̄figurata fuit in signo belli. **D**e quo. **n̄. Macha. viij.** Dato iquit signo adiutorij dei cōmiserunt cum meanore et vicerunt. **S**ic iudei. i. ostententes scilicet qui cristum et beatam virginē contemnerent et laudant. habent signum adiutorij dei scilicet gloriosaz virginem adiutricem. cuius ope dyabolum vincunt et in fugam cōuertunt. **V**nde. **P̄s.** hoc signū p̄tens dicebat **F**ac mecum signum in bonum. et videant qui oderunt me et confundantur. quoniam tu domine adiuuisti me et cōsolatus es me.

**S**ecundo de scribitur ex natiuitate. quia apparuit in celo. i. in ecclesia militante. **T**unc enim p̄mo apparuit quando in mundo nata fuit. **S**z nota q̄ beata virgo apparuit sicut flamma. sicut rota. sicut stella. et sicut femina. **D**e p̄mo d̄. **Exod. iij.** Apparuit dominus in flamma ignis de medio rubi. **H**ec flamma fuit beata virgo diuino amore inflammata. in qua deus apparuit dum incarnatus fuit. **I**tem apparuit sicut rota. **D**e qua. **Eze. i.** Apparuit rota vna super terram iuxta animalia quatuor habens facies. **H**ec rota fuit virgo beata. ipsa enim fuit rota de monibus terribilis. **D**icitur enim q̄ leones terrentur quando audiunt strepitus rotarum. **H**ec fuit super terraz. i. a ter remis eleuata. cogitatione. affectione. et conuersatione. iuxta animalia. i. iuxta euāgelistas tēpore et familiaritate. **V**nde m̄lta eos edocuisse creditur de cristo filio suo. precipue beatus lucam. **V**nde ipsa habuit quatuor

facies. i. n̄diciam et fidem d̄m̄nū. que quatuor euāgeliste de xp̄o sc̄p̄ setunt. vel quatuor facies. i. quatuor virtutes cardinales. scilicet iusticiaz. prudentiā. fortitudinē et tēperatiōem. **V**el quatuor facies. i. quatuor aspectus quorum vnā ad deum vertit pro nobis iter cōcedendo. **A**liā ad paradysū. i. ad beatos eos letificādo. **L**etificatur enim sancti qui sunt in celo nō solum de aspectu regis. sed etiā regine qua mediāte saluati sunt. **T**ercia vertit ad mūdum miserando et p̄tegendō. quartā vertit ad dyabolum extrendo et expellendo. **V**nde d̄ esse demombus terribilis vt castrorum acies ordinata. **I**te apparuit vt stella. **Mat. iij.** Diligenter didicit ab eis t̄p̄ stelle que apparuerat eis. **E**st enim vt stella matutina que diez. i. xp̄m adouxit. **I**te vt stella marina que nauigātes p̄ mundi pelagus ad portum salutis dirigit. **V**nde et stella antecēdebat eos vsq̄ dum veniens staret supra vbi puer erat scilicet ihesus qui salus interpretatur. **I**tem vt stella vastatiua sez vitiorum. **Rui. xxij.** Orietur stella ex iacob. et confurget virga de isel. et p̄cutiet duces moab. vastabitq̄ omnes filios seth. **I**tem apparuit vt femina. **n̄. He. viij.** Apparuit femina cuius filij mortuus erat. **M**axime enim in morte xp̄i filij sui femineum et maternū ostendit affectum dolendo et plorando. **P**atet igitur q̄ beata virgo tāq̄ flāma accēdit et calefacit frigidos in dilectione caritatis. et tāq̄ stella illuminat dubios in cognitione veritatis. et tāq̄ rota p̄strepēs exterrēt leones. i. superbos timore humilitatis. et tāq̄ femina pia cōfortat et securat pusillos in spe sue pietatis. et de istis quatuor loquē



ipsa **Eccī. xxij.** dicens. **Ego** mat pulchre dilectionis et timoris. et agnitionis et sancte spei. **Tercio** describitur ex claritate. quia mulier amicta sole. **Vbi** ostenditur beata virgo esse clara et luminosa a parte exteriori quia amicta sole. a parte inferiori. quia luna sub pedibus eius. **Itē** a parte superiori. quia in capite eius corona stellis. **xij.** Dicit ergo primo. mulier amicta sole. i. fulgore gratie spūs sancti. **Et** hec grā fuit septiformis scdm septem dona spiritus sancti que fulserunt in ea. que scz representantur in septē effectibus solis. **Primus** effectus est calefactio. et hic ex dono sapientie q̄ calefacit in amore dei sui et proximi. **Eccī. xliij.** **Tripliciter** sol exurens montes. i. excelsas mentes inflammans triplici amore vt dictum est. **Vel** aliter in amore dei tripliciter. scz toto corde. tota anima. et toto mēte. **Radios** igneos exsufflans. i. calidas affectiones immittens. **ij.** **Quia**. Refulsit sol qui prius erat in nubilo. et accensus ē ignis magnus. spūs enim gustans deum p̄ donum sapientie marcescit in amore ipsius. **Augustinus.** Gustavi et esurio ac sitio. tetigisti me et exarsi in concupiscentiam tuam. **Ecclesiastici. xxij.** Qui edunt me adhuc esurient. **Secundus** effectus est illuminatio que pertinet ad donum intellectus. **Ecclesiastici. xli.** Sol illuminans per omnia respexit. id ē omnia respicere facit. in celo summa gaudia. in inferno summa supplicia. in mundo pressuras et angustias. in seipso peccata et negligētias. **primo Machabeorum sexto.** Refulsit sol in clipeos aureos. id est in cristum et mariam. et resplenderunt montes ab eis. id. electorum mentes.

**Tercius** effectus solis est mundatio. quia facit vestes exuere. et hoc ad donum consilij refertur. quia docet veterem conuersationē et secularem vitam deponere. **Canticorum primo.** Nolite me confundere quia fulca sum. quia de colorauit me sol. **Quartus** effectus solis est consolidatio. et hic ad donum fortitudinis pertinet per qd mens solidatur. **Ecclesiastici vicesimo septimo.** Homo sanctus in sapientia sua manet sicut sol. id est firmus. **Quintus** effectus solis est regulatio totius vite humane. et hoc pertinet ad donum scientie. per qd scimus conuersari in medio nationis prauae et peruerse. vt dicit **Augustinus.** **Vnde Phil. ij.** Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. **Sextus** effectus solis est liquefactio. et hic ad donum pertinet pietatis. quo liquefit anima in compassione proximi. **Exod. xvi.** Cum incalcescit sol liquebat manna. **Sapientie. xvi.** qd igne non poterat exterminari. statim exiguo radio solis tabescebat. **Psalmista.** Flabit spiritus eius et fluent aque. **Septimus** effectus solis est desiccatio humorum. et hic ad donum pertinet timoris quo carnalis concupiscentia desiccatur. **Vnde Jacobi primo.** Exortus est sol cum ardore et arefecit fennum. id est carnem. quia omnis caro fennum. et omnis gloria eius quasi flos agri. **Ysa. xl.** ppter hos septē solis effectus. dicitur. **Ysa. xl.** Lux solis septēmpliciter erit. sicut lux septē dierum. **Et** propter hos septē solis effectus saluatur homo. et ideo dicitur. **primo Regum vndecio.** Cras erit nobis salus cum incaluerit sol. **Secundo** beata virgo ostenditur fuisse etiam illuminata a parte inferiori.



quia lunā sub pedibus eius **V**bi p lunam designatur mutabilitas q̄ quadruplex. vna nature que etiā est in angelicis spiriūibus qui sunt mutabiles per naturam. et immutabiles p gratiam **J**ob. **iiij.** Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles. et in angelis suis reperit prauitatē

**S**ecunda est fortitune ī rebus temporalibus **Ecc̄s. i.** Vanitas vanitatum et omnia vanitas. **T**ercia est culpe in peccatoribus scilicet de culpa in culpam **Osee. iij.** Sanguis sanguinem tetigit. id est vnus peccatum ad aliud traxit. **Q**uarta est miserie in humanis corporib⁹ **J**ob **xiij.** Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur mltis rē. nunq̄ in eodē statu pmanet.

**H**ec quadruplex luna id est mutabilitas fuit sub pedibus beate virginis. **P**rimo mutabilitas creature celestis. quia scilicet angeli ei⁹ subduntur imperio. **V**nde dicit ei ill⁹ **Genesis tricesimo septimo** **V**idi per sompnum quasi solem et lunam. et stellas vnde ei adorare me

**U**t per solem intelligatur suprema angelorum yerarchia. per lunam yerarchia media. per stellas vero angeli infime yerarchie. qui ōnes beatam virginem adorant et venerantur. **R**omine etiam lune intelligitur mutabilitas fortune **Ecclesia** **stici vicesimo septimo.** **S**aultus vt luna mutatur. quia secundum qd bona temporalia sunt et reflunt mutatur animus eius. **I**stam lunam beata virgo sub pedibus habuit. quia omnia temporalia calcavit p paupertatem voluntariam quam elegit. **S**i enim ista temporalia calcaremus pedibus. et non tangere mus affectibus veraciter nostra essent **Deuteronomi vndecimo.** **O**m-

nis locis quem calcauerit pes vester. vester erit. **L**una tamen quāto magis soli coniungitur. tanto magis luce priuatur. et quāto magis se a sole elongat. tanto maiore luce choruscet. quia multi prelati quāto magis appropinquant ad deum per aliquam dignitatem. tāto magis obtenebrantur per iniquitatem. et quāto magis elongantur dignitates fugiēdo. tanto magis illuminantur lumen gratie recipiendo. **R**omine etiam lune intelligitur mutabilitas culpe. **V**nde dicitur de viro sancto et perfecto. **P**er diem sol non vret te neq̄ luna per noctes. quia anima sancta neq̄ in die prosperitatis cadit in peccatum per amorem male inflamantem. neq̄ in nocte aduersitatis per timorem male humiliantez

**I**stam lunam virgo maria sub pedibus habuit. quia nulla culpa in ea vnq̄ preualere potuit. **E**t ideo ī **Psalmo** non dicitur luna simplicitet. sed luna perfecta in eternum. **L**una autem tunc perfecta erit. quādo sine macula erit. quando scilicet verificabitur qd dicitur **Psalme tricesimo.** **E**rit lux lune sicut lux solis

**F**uit igitur sicut luna perfecta. q̄a sine omnis peccati macula taz mortalis q̄ etiam venialis. **R**omine etiam lune intelligitur mutabilitas miserie **Psalmista.** **O**rietur in diebus eius iusticia et habundantia pacis donec auferatur luna. **g**losa. id ē mutabilitas que per lunam significatur. **S**icut enim luna crescit et decrescit. sic et humanum corpus multiplici mutabilitati subditur **No. octauo.** **V**anitati creatura subiecta est. et cetera. **E**t quia ipsa mutabilitas miserie tolletur in resurrectione die nouissimo subditur ibi.



ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis ac. **I**sta luna beata virgo sub pedibus habet. quia perfectam corporis immortalitatem possidet. et super omnes angelorum ordines in anima et in corpore glorificata manet. **V**n **Psalmista** Caligo. i. humana mortalitas sub pedibus eius. ascendit super cherubim et volauit. **v. sup. p. v.** Ipsa igitur virgo beata luna sub pedibus habuit sequelestem naturam ei persistendo prosperitatem humanam eam despicendo. omnes culpam ipsam peccatis vitando. et humanam miseriam immortalitate induendo. **T**ercio fuit illuminata a parte superiori. quia in capite eius corona stellarum. **xij.** Iste duodecim stelle sunt. **xij.** eius prerogatiue super omnes mulieres. quarum quatuor habuit ex parte corporis et anime. **P**rima fuit vteri sanctificatio. secunda angeli salutatio. **t**ercia spiritus sancti superuentio. **q**uarta filii dei conceptio. **A**lias quatuor habuit ex parte anime. **P**rima fuit eius humilitas quia dixit. **E**cce ancilla domini ne secunda eius prudentia. quia que fuit. **Q**uomodo fiet istud ac. **t**ercia a fuit erubescencia. qua turbata est in sermone angeli. quarta fuit caritas qua seruiuit cognate. et quia vino deficiente in nuptiis dixit filio. **V**inum non habet. **Jo. ij.** **A**lias quatuor habuit ex parte corporis. que fuerunt maternitas sine corruptione. virginitas cum fecundatione. grauiditas sine grauiamine. et partus sine dolore. **F**uit ergo mater incorrupta. virgo fecunda. sine grauiamine grauida. sine dolore puerpera. **V**el stelle. **xij.** sunt nouem ordines angelorum et tres ordines beatorum. scilicet martires. confessores et virgines qui eam coronant.

quia ipsam perpetuo venerantur. admirantur et laudant. **S**eraphim enim admirantur et laudant in eam caritatem tam succensam. cherubim sapientiam tam profundam. **T**rochim pacem et quietem in deo sic tranquillam. **D**ominationes tantam super angelos preeminentiam. **V**irtutes tantam miraculorum efficaciam. **P**otestates tantam super demones potentiam. **P**rinicipatus tantam de omnibus regnis prouidentiam. **A**rchangeli tantam de omnibus locis diligentiam. **A**ngeli tantam de singulis personis custodiam. **M**artires tantam in tribulatione constantiam. **C**onfessores tantam sobrietatem et temperantiam. **V**irgines tantam puritatem et mundiciam. **Q**uinto eius dignitas ostenditur ex eius fecunditate. quia in vtero habens filium dei conceptum scilicet in annunciatione clamabat spiritu deum magnificando quoniam dixit. **M**agnificat anima mea dominum. **S**ed nota quod habuit in vtero paternum splendorem. **Heb. i.** Qui cum sit splendor glorie ac. **I**te murem eandem. **Sap. vij.** Candor est lucis eterne et sine fine. **I**tem diuinum odorem. **Ecc. xxij.** Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris. **I**te suauem dulcorem ibidem. **S**piritus meus super mel dulcis. et hereditas mea super mel et fauam. **I**te celestem ignem. **Heb. xij.** Deus noster ignis consumens est. **E**x hoc ergo quod habuit in vtero paternum splendorem. fuit in ea mirabilis claritas. **A**mbrosius. **Q**uid mirabilius matre dei. quid splendidius ea quam splendor elegit. quid castius ea quam corpus sine corporis contagio generauit. quia vero habuit murem candorem siue splendorem. remansit



ibi mirabilis puritas **Cant. iij.** **T**ota pulchra es amica mea. et macula non est in te **Anselmus** dicebat ut virgo ea puritate miteret q̄ maior sub celo neq̄t intelligi **Q**uia vero diuinum odorem habuit. remā sit ibi mirabilis suauitas. **V**n̄ clamabunt adolescentule. **T**rahe me post te. curremus in odore vngentorum tuorum **Eccl. xxiii.** **S**icut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedit. **S**ed quia habuit suauem dulcorez remansit ibi mirabilis pietas. **V**nde ipsa dicitur mater gratie. mater misericordie. **Q**uia vero habuit celestes ignem. remansit ibi mirabilis caritas per quam dyabolum succendebat **J**udith nono. **P**ercuties eū ex labijs caritatis mee. per hanc enim omnia aduersa superabat **Canticorū octauo.** **A**que multe non poterunt extinguere caritatem. **I**tem maria mater domini assimilatur arche testamenti. in visione beati **J**ohannis que habetur **A**pocalipsis vnde cō. vbi dicitur q̄ visa ē archa testamenti domini in templo eius. et facta sunt fulgura et voces a terremotū **V**bi primo nota aspectus dignitatis. quia visa est archa domini **S**econdo situm sanctitatis. quia in loco sancto scilicet in templo **T**ercio effectū potestatis. quia facta sūt fulgura. **E**t circa primum nota. q̄ per archam domini intelligitur virgo maria. **E**t hoc patet ex tribus scz ex materia. ex mensura. et ex continentia id est ex ipso contento **S**iquidem materia arche veteris testamenti. de qua fabricata fuit. fuerunt ligna sethim. sicut patet **E**xodi vicesimo quinto **S**ecundum aut **I**heronimum. **L**igna sethim inter cetera ligna habent. leuitatez. pul

chritudinem. et fortitudinem. et in putribilitatem. **P**er que intelliguntur quatuor virtutes marie. **N**am leuitas operit eius paupertati p̄ quā fuit a terrenis affectibz et sollicitudinibus exonerata et alleuiata **Ysaie. xix.** **A**scendet dñs sup nubes leuem id est mariam pauperem. q̄ nubes quidem fuit. qz ex terra nata. sed tam fuit leuis a mundi affectibus et sollicitudinibus exonerata **P**ulchritudo vero operit eius puritati p̄ quam immunis fuit ab omni deformitate peccati **Cant. iij.** **T**ota pulchra es amica mea et macula n̄ est in te. **F**ortitudo aut operit eius stabilitati scz in fide et patientia **P**ro uerb̄ ultimo. **F**ortitudo et decor in dumentum eius **E**cclēsiastici vicesimo sexto **C**olumpne auree super bases argenteas. et pedes firmi super plantas stabilis mulieris. **I**mputribilitas operit eius virginitati **Sap. vi.** **C**lara ē que nunq̄ macescit **S**cdo illa archa figurabat beatam virginem ratione mēsure. qz sicut dicitur **E**xod. xxv. **L**ongitudo arche habebat duos cubitos et semis. latitudo cubitum et dimidiū. altitudo similiter cubitum et semis **J**osephus autem dicit q̄ facta est archa quinqz palmorum longitudinis. quia scilicet beata virgo quinqz sensus ab initio vite vsqz ad finem in omni sanctitate longanimiter custodiuit et seruauit. **T**rium aut palmorum erat latitudo. quia refectionem angelorum et redemptionem hominum et totius vniuersi renovationem audivissime procurabat. **C**ubitum et semissem habebat altitudo. quia eius contemplatio plena erat in fide. semiplena in comprehensione. vel certe qz eius celsitudo humanam et angelicam



naturam excellēbat. sed vsq; ad h  
 in excellentiam minime ipa attin  
 gebat. **Tercio** figurata est beata v  
 go per archam ratione continētie.  
 quia in archa continebantur tabu  
 le testamenti. Deuteronomium et v  
 ga aaron. vna aurea in qua eāt  
 manna. Que omnia competunt be  
 ate marie. Custodiebat enim vgo  
 beata rigorem discipline. qui desig  
 natur per virgam. legem de calogi  
 que per tabulas. euangelium xpi  
 qd per deuteronomiuz que ē lex se  
 cunda. et ipsum cristum qui p ve  
 nam plenam manna. vel per ista q  
 tuor intelligitur ihesus cristus qui  
 in ista archa habitauit. in quo qtu  
 or fuerunt. scilicet diuinitas dulcis  
 sima que per manna. anima sapiē  
 tissima que per deuteronomium si  
 ue secundam legem. caro mundif  
 sima que per virgā aaron que flo  
 ruit. et spiritus humanus sapien  
 tissimus qui per tabulas testamēti  
 in quo erant scripta dei mandata  
 significatur. **Templum** autem in  
 quo hec archa fuit est triplex. pri  
 mum in quo fuit fabricata et sancti  
 ficata. et istud fuit uterus matris  
 sue scilicet anne beate. dicitur em  
 in. **Regum. viij.** qd intulerunt ar  
 cham domini in locum suum in ora  
 culum templi in sancta sanctorum.  
**Hec archa** federis domini fuit bea  
 ta maria quā deus sterilitatem pa  
 rentum auferens. et angelus pmi  
 sionem deferens. et ioachim gene  
 rationi operā prebens. introduxit  
 in locum suum. id est in uterum be  
 ate anne. de qua subditur. in oracu  
 lum templi. ipsa enim anna beata  
 templum dei fuit cuius oraculuz fu  
 it mens ipsius deo deuota et oratio  
 ni dedita. in cuius etiam utero be  
 ata virgo post conceptionem sancti

ficata fuit vt esset sancta sanctorū  
 .i. super omnes sanctos sanctificata.  
 vel vt ipsa beata virgo etiā in ute  
 ro matris ppāretur ad generādū  
 sanctum sanctorum. **Secundū** fuit  
 templū in quo fuit purificata. sciz  
 templū salomois. in quo etiā obtu  
 lit filiū suū obuiante sancto simeōe  
**Luce. ij.** Venit in spū in templum  
 et cū inducerent puerū ihesum cū.  
 vt scz nos studeamus aiām nostrā  
 dum est in templo corporis vel mū  
 di sollicitē purgare sciz per peniten  
 tiaz. et spiritum nostrū deo offerre  
 scz per orationem deuotam. **Terci  
 ū** est tēplū in quo fuit glorificata.  
 et hoc fuit in assumptione cū scilicet  
 ingressa ē templum celestis glorie  
**Et de hoc templo** dicitur in **Ps. Do  
 minus** in templo scō suo dñs in celo  
 sedes eius. **Ad hoc** igit celeste tēplū  
 deducta fuit archa. .i. beata virgo  
 cū honorabili societate. cū ineffabi  
 li iocunditate. cū admirabili clari  
 tate. et cum terribili potestate. **De  
 primo** dicitur figuratiue **secundo**  
**Reguz sexto.** vbi legitur qd dauid  
 et omnis israel ducebant archaz  
 domini cum gaudio. et erant cūz  
 dauid septem chori. **Per dauid** in  
 telligitur xpc. per septēz choros v  
 niuersitas āgelorum. vel tres chori  
 fuerunt ante nouum testamentū.  
 scilicet āgeli. patriarche. et pphete.  
 et qtuor in nouo scz martires. cōfesso  
 res et virgines. et ipsi apostoli qui  
 nutu dei ad litteram interfuerunt  
 eius exequens. **De ista honorabili so  
 cietate** cantat **Eccia.** **Vidi** specio  
 sam sicut columbā et ceterā. et sicut  
 dies verni circūdabant eam floēs  
 rosarum et lilia ouallium. **Per flo  
 res rosarū** sū **Iheronimus** intelli  
 guntur oēs martires sāguie rubca  
 ti. **Per lilia** oēs ange li confessores  
 p iij



et virgines. Secundo assumpta est cum ineffabili iocunditate. quod significatur in 1. Regum vi. ubi dicitur. Dauid et omnis israel deducebant archam testamenti domini in iubilo et clangore buccine. Et ibidem Dauid ait et omnis domus israel iudebat coram domino in omnibus lignis fabricatis et cytharis et liris. Circa quod notandum est. quod sicut dicit Augustinus super Psalmum. et Hugo de sancto victore. Triplex est sonus musicus. Unus qui fit cum voce. sicut in cantu. Alius cum flatu sicut in buccina. tertius cum pulsu sicut in cythara. Sonus ergo vocis tangitur cum dicitur. in iubilo. quia iubilatio est catus modulatio. Sonus flatus cum dicitur. in clangore buccine. Sonus pulsus in lignis fabricatis et cytharis. Unde per hoc dat intelligere. quod in deductione huius archae in templo celi fuit omnis modulatio siue suauitas musica. Tertio fuit assumpta cum mirabili claritate Cant. vi. Que est ista que progreditur quasi aurora confurgens? In quo ostenditur quod ascendit cum claritate corporali. scilicet corporis gloriosi. deponita scilicet omni obscuritate corporee corruptionis. sicut aurora noctem relinquit et diem adducit. Sequitur pulchra ut luna. Et in hoc ostenditur. quod cum claritate spiritali id est cum anima beata. Sicut enim luna post solem saltim quantum ad apparentiam maiorem habet claritatem. Sic ipsa post christum maiorem secundum essentiam et veritatem habuit beatitudinem. Sequitur electa ut sol. In quo ostenditur quod ascendit cum claritate supersubstantiali. id est cum filio suo sibi occurrente qui est verus sol. Et sequitur adhuc Terribilis ut castrorum acies ordinata. In quo ostenditur quod ascendit

cum claritate intellectuali id est cum luce angelica. quia totus angelorum exercitus ad ipsam venit. et ipsam usque ad celum associavit. Et ideo dicitur. ut castrorum acies ordinata. quae quodam eam precedebant. sicut domicelli quasi viam tante domine praeparantes. quidam comitabantur sicut baiuli quasi ipsam ad ethera deducetes. quidam subsequerentur tanquam famuli quasi eius obsequijs famulantes. Omnes autem associabantur sicut ioculatorum deuoti laudes dulcissimas modulantes. Tertio sequitur effectus potestatis. quia facta sunt fulgura et voces et terre motus. Dum enim sic triumphaliter ascendit. facta sunt fulgura. id est terrores demonum fugientium. et voces scilicet sanctorum iubilantium. et terre motus. id est commotio iudeorum decurrentium. de qua scilicet iudeorum commotione multa narrantur in libello de assumptione quem transtulit beatus Iheronimus

### Capitulum xxi

**M**undus assimilatur illi mari vitreo quod Johannes vidit per visionem ymaginariam Apocalypsis iii. ubi dicitur. Vidi in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile cristallo. Est enim mundus mare tumidum per superbiam. huiusmodi per inuidiam. feruidum per iracundiam. profundum per auaritiam. inquietum per acridiam. spumofum per luxuriam. absorbens per castitatem. ubi etiam maior piscis minor deuorat Abacuc. i. Facies hominis sicut pisces maris Psalmus. Hoc mare magnum et spaciosum manibus aequi. Dicitur autem vitreum propter fragilitatem Johannes. i. Quid dicitur transit a cupiscencia eius. i. Cori vi.



Preterit enim figura mundi huius  
 Et etiam simile cristallo propter frigiditatem et maliciam obstinationis  
Eccl. xliij. Gelavit cristallus ab aqua

**C**apitulum xxij.

**D**issio a perfectio christi ex celsis passionibus a perfectio omnium sanctorum quod ostendit huius est per sompnum Ioseph quod habet Genes. xxvij. Audite sompnum meum quod vidi. putabam colligere nos manipulos in agro. et quasi confurgere manipulum meum et stare. vestrosque manipulos circumstantes ad orare manipulum meum. Manipulus enim Ioseph est collectio contumeliarum et passionum christi. que Amos ultimo fasciculus vocatur. Qui edificat in celo ascensionem suam. et fasciculum suum super terram fundavit. Nam christus per fasciculum passionum sibi fecit gradus ascensionis in celum Manipuli autem fratrum Ioseph significant collectiones penarum et passionum aliorum sanctorum. Quod igitur manipuli eorum manipulum Ioseph adorauerunt. nichil aliud est quam recognoscere quod passiones eorum nichil sunt respectu passionis christi. et quod eorum passiones ex christi passione virtutem et meritum habent. Vnde quia manipulus dicitur a manu. Per manipulum Ioseph intelligimus virtutem et perfectionem operum christi. Per manipulos vero fratrum eius intelligimus merita siue fructus operum aliorum sanctorum de quibus in Ps. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Quod igitur manipuli eorum illius manipulum adorant est quod merita eorum in operatione illius desunt

cedo se humiliant. Quia vero in predicto sompno fit mentio de agro cum dicitur. Putabam colligere nos manipulos in agro. Notandum est quod sicut dicunt sompniarum interpretes. ager somniatus diversam habet significationem. Nam aliquando refertur ut dicunt ad somniantis malignitatem. sicut refertur quod quidam de principibus venit ad magnam sompniarum interpretem qui vocabatur Serim et dixit ei. Vidi per sompnum in agro spatioso et plano me stare. qui primum quidem apparuit densus et herbosus. postea nudus et aridus. cui respondit interpretes. hoc infidelitatem et veritatem protendit somniantis. et vere sic erat in re. sicut dixit Omroclitis. scilicet sompniarum discretor vel iudex. Unde varietas agri somniata ad veritatem et instabilitatem refertur somniantis. Quandoque vero ager somniatus refertur ad loci fertilitatem. sicut in supradicto sompno Ioseph ager significabat terram fertilem egypti. in qua Ioseph a fratribus suis erat adorandus.

**C**apitulum xxij.

**D**ecatum primo hominem ligat. et per obstinationem includit. deinde ad infernum patibulum deducit. quod ostenditur ex sompno pistoris pharaonis. quod habet Genes. xlv. ubi dicitur quod pistorum princeps ait. Ego vidi sompnum quod tria canistra farinam haberem super caput meum. et in uno canistro quod erat excelsum portare me putabam omnes cibos qui sunt arte pistoria. avesque comedere ex eo. Respondit Ioseph. hec est interpretatio sompni. tria canistra tres adhuc dies sunt post quos auferet pharaon caput tuum. et suspendet te in cruce. et lacera bunt volucres celi carnes tuas.



Iste pistor significat peccatorem q̄  
moritur in peccatis. **T**ria enim ca-  
mistra farine tria peccata sunt. scz  
cordis oris et operis. que tūc sunt  
super caput quādo dñantur mēti.  
**V**t ista tria sunt tria vitia maḡ et  
p̄ncipalia. scz auaritia. luxuria. et  
superbia. quoz ex celsius est super-  
bia. in quo omnia cibaria quodā  
modo sunt. i. omnia peccata quibz  
mali pascunt. quia scilicet in ciuz  
omnis peccati est superbia. vt dicitur  
**Eccl̄i. x.** Aues autez que de hoc  
camistro pascuntur demones sunt  
quorum p̄prium vitium superbia ē.  
**T**res autem dies sunt temp⁹ nati-  
uitatis. tp⁹ vite. et tempus mor-  
tis peccōis. post quos peccator edu-  
citur a carcere mundi vel corporis.  
**V**nde tunc auferitur caput. i. ratio-  
nalis mens secundū quā anima a  
corpore sepatur. que ī homine p̄i-  
cipare debuit. et suspenditur mise-  
ra aia in tormento iehēne vbi aues  
lacerant eius carnes. i. demōes de-  
lectantur in penis quas anima fu-  
stinet p̄ peccatis que gessit ī carne.  
**Q**uia igitur in p̄dicto sompno **Jo-**  
**seph** p̄ta camistra intellexit tres di-  
es. post quos sompnum implēdū  
erat. **N**otādū ē q̄ sicut dicunt sōp-  
nioruz int̄pretes. tpus impletiois  
sōpni accipit dupliciter. aliq̄ uādo  
quidem ex numero et ordine rerū  
que ī sompno apparēt. sicut ī sōp-  
nio pharaonis. ioseph per septe z  
boues vel spicas itellexit septe z an-  
nos. et q̄ post septem pingues vl  
plenas boues siue spicas remebāt  
septē tennes. intellexit q̄ septē an-  
nos vbertatis sequerent septē an-  
ni sterilitatis. **S**ilr ī sōpno p̄ccer-  
ne p̄ tres ppagines accepit tres di-  
es. post quos sōpniū iplendū erat.  
**E**t in hoc sompno pistoris vt dcm̄

est per tria camistra intellexit tres  
dies. aliquādo vero vt dicūt deter-  
minatur tempus impletiois sōpni  
ex hora qua quis sompnum videt.  
**V**nde dicūt q̄ sōpnioruz que appa-  
rent a nona hora noctis vsq̄ ad mi-  
ciuz aurore non differtur impletio  
nisi vsq̄ ad amū vel sextuz mēsez.  
vel tercium vel decem dies. et illa  
sūt veriora et validiora que sūt an-  
lucem. sōpna vero que sunt in lu-  
ce aurore vltra tercium diem non  
protendunt. **I**te peccatū licet in fi-  
eri habeat delectationē. tamē in fi-  
ne hēt amaritudinem. dum assila-  
tur illi libro de quo agit in visione  
beati **Johānis Apoc̄. x.** vbi dicit.  
**A**ccepi libzū et deuorauī illū. et eāt  
in ore meo tanq̄ mel dulce. et cuz  
deuorassē eū amaricatus est ven-  
ter me⁹. **I**lle liber representat pe-  
catū qd̄ vocat liber. qz scribitur il-  
la sc̄ptūa. de qua dicitur **Iheremie**  
**xvii.** Peccatū iuda sc̄ptū est stilo  
ferreo in vngue adamāno. exara-  
tum super latitudinē cordis eorum.  
**T**unc ar̄ deuoratur qm̄ cū delectatio-  
ne implet. et tūc habet ī gustu. i. ī  
ferri dulcedinē mellis. i. vehementiā  
delectatiois. sed post deuorationēz  
.i. post transitum delectatiois ama-  
ritatur vent̄ aie. i. memoria seu con-  
scientia penitudine repletur. **V**nde  
**Philosophus** dicit q̄ mali t̄plenē  
penitudine **Prouerbioruz** quinto  
**Rouissima** illi⁹ amara quasi absin-  
thium

¶ **Caplm. xxiiij.**

**P**enitentia liberat homines  
a carcere peccati et restituit  
hominem ad gratiam dei.  
am vita lō et honesta nōn aliunde sumit q̄ cū ea que diligēda sunt diligunt quomō sūt diligēda. hoc ē deus et pxim⁹. **H**ic est logyca qm̄ veritatis lumen aie rationalis non nisi deus ē. hic laudabil rei publice rei salus. nec em̄ custodiuntur optime ciuitates nisi fundamento a vīculo fidei fraterneq̄ custodie **T**ercia ratio est eius obscuritas. ppter quā vocatur liber inuolutus **Gre.** **L**iber inuolutus est sacre scripturę eloquium obscurem. qd p̄funditate sententiāru inuolutur. vt nō facile sēsu oīm pateat **Job. xxxvij.** **Q**uis est iste inuolens sententiā. vel dicitur inuolutus. quia stilus eius est methaphoricus a figuratiu⁹. et ideo ad intelligendum obscur⁹ **Dan. xij.** **C**lausi sunt signatiḡ s̄mōnes. **E**t **Ysa. xxix.** **E**rit nobis visio oīm quasi verba libri signati. **H**ęc autē inuolutio et obscuritas sacre scripturę pluribus de causis vtilis et rationalis est. quaz vna est. qd sacra scriptura ex hoc copiosior ē i sententijs **V**nde **Aug⁹**. dicit. xij. libro de ciuitate dei. **S**ermo obscuritas etiā ad hoc vtil ē. qd plures sententijs pat. a i lucē sententie procedunt. dū alius eā sic et alius sic intelligit **S**ecunda causa est. vt lateat studere negligentibus a indignis **V**nde **Gregorius super Mat. xxij.** **N**ō abscondita est i scripturis veritas vt non inueniant qui querunt eā. sed vt non videant qui querere eā nolunt **T**ercia causa est vt detur ex hoc materia exercitij studiosis. **V**nde **Augustinus** in libro. lxxxij. questionū. liij. questioe. **D**e ad salutē animarum in spū scō sic diuinos moderatus est libros. vt non solū manifestis pascere. sed etiā obscuris exercē vell. **Q**uarto ratio ē



vt non vilescat curiosis. **Vnde Augustinus** i libro contra mendacium **Lectiones actionesq; prophetice** appere a figuris velut quibusdam amictibus obteguntur. vt sensum pie querentium exerceant. et ne nuda ac pempta vilescant. **Quarta conditio** est eius intelligibilitas. que notatur cum dicitur. **Expandit illum coram me.** .i. michi eius misteria apparuit et meipsum intelligere fecit. **Gregorius.** Expandit duz enigmata exposuit. **Luce. xxiii.** Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. **Quinta conditio** est sensus duplicitas. qua erat scriptura intus et foris. intus scilicet per sensum spirituales. foris vero per sensum litteralem. **Vel secundum Gregorium.** itus scriptus est. quia instruit nos de rebus inuisibilibus. .i. de misterijs celestibus. foris vero in quantum instruit nos de rebus visibilibus. scilicet de rebus terrenis disponendis et de exterioribus actioibus. prima scriptura pertinet ad contemplatiuos. secunda ad actiuos. **Io. x.** Ingredietur et egredietur. **Sexta conditio** est scripturae varietas. quia est scriptura la. in. eo. et car. et. re. **Continet** enim lamentationes scripturae tristitias penitentium. **Iob. ii.** Conuertimini ad me in ieiunio et fletu et planctu. **Et continet** etiam carmen laudis et leticie beatorum. **Ps.** Beati qui habitant in domo tua i secula seculorum laudabunt te. **Item continet** re tristitiae a pene dampnatorum. **Luce. xxiii.** Ibi erit fletus et stridor dentium. **Ps. xii.** Ve impio in malum accedat. **Item scriptura** sacra assimilatur illi rote que describitur in visione ezechielis. que habetur. **Ezechielis primo** ubi dicitur. **Apparuit** rota vna super terram iuxta animalia habens quatuor fa-

cies. vbi scilicet de sacra scriptura sex conditiones tanguntur. **Nam** primo ostenditur esse alta ex origine in eo quod apparuit. **Non enim** hec est scientia ex humana ratione inuenta sicut alie scientie. sed diuinitus reuelata scilicet mediante aliqua appitione. et ideo dicit. apparuit. **Nam traditio** veteris legis facta est ab angelo apparente ex persona dei in monte. secundum illud. **Actuum vii.** Dunc scilicet moysen misit deus principem et redemptorem cum manu angeli qui apparuit ei. **Et ista** dicitur qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo. qui loquebatur ei in monte sinay. et cum patribus nostris qui accepit verba vite dante nobis. **Reuelatio** etiam doctrine prophetice facta est omniter per apparitionem in somnio vel visione. **Im illud. Rui. xii.** Si fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei. aut per somnium loquar ad illum. **Eruditio** autem doctrine euangelice facta est ex gratia cristi in carne apparentis. secundum illud. **Thi. ii.** Apparuit gratia saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos. **Vel ideo** de sacra scriptura dicit quod apparuit. quia quous ea que in sacra scriptura traduntur vt sunt misteria fidei. non habent apparentiam siue euidenciam rationis. quia fides est augmentum rerum non apparentium. vt dicitur. **Heb. xi.** Habent tamen apparentiam et certitudinem adhesionis. quia plus videtur. **Theologo** quod debeat credere illa que in sacra scriptura traduntur. et indubitabilius eis inheret quam his que secundum rationem apparerent. a hec est apparentia fidei. de qua dicitur. **Sapientie. i.** Apparuit autem his qui fidei habent in illum. **Na** solis dei fidelibus



apparere scriptura sacra esse indubi-  
tabilis. apud quos ut dictum est su-  
pra. Maior est huius scripture au-  
toritas quam omnis humani ingenii p-  
spicacitas. **S**ecundo ostenditur esse  
perfecta ex similitudine. quia assila-  
tur rote. Apparuit inquit rota. Ro-  
ta habet enim figuram et motum cir-  
cularē. et utriusque **Phi** attribuit quā-  
dam perfectionem. Nam figura cir-  
cularis perfecta est. quia ex nulla parte po-  
test ei fieri additio. quod etiam operit  
sacre scripture que nichil continet su-  
perfluum aut minus quam expediat huma-  
ne salutis. ideo ei quod ad hoc in hac  
vita nichil addi oportet. **Apo** vlti-  
mo **S**i quis apposuerit ad hec appo-  
net deus super illum plagas aē. **I**-  
tem motus circularis probatur a **Phi**-  
losofo inter omnes motus perfectior.  
Nam finem coniungit principio.  
quod etiam sacra scriptura facit. dum  
deum omnium rerum principium et  
finem esse ostendit. Unde et ex p-  
sona dei dicit. **E**go sum alpha et o-  
mni principium et finis. **E**t de hac similitudi-  
ne rote dicitur in **Ps** Vox tonitru-  
i in rota. **V**ox enim tonitru-  
i dei est manifestatio sue magnitudinis.  
de qua dicit **Job** xxvi. **T**onitruum mag-  
nitudinis eius quis poterit intueri. et  
hec manifestatio fit in rota. id est in sacra  
scriptura. **V**n̄ glosa hic super **Eze**.  
dicit. quod rota dicitur sacra scriptura  
que ad auditores omni parte vol-  
uitur inter prospera et aduersa.  
**T**ercio ostenditur esse composita ex  
vniuersione. Unde dicitur rota vna. quia  
enim duo testamenta contineat.  
tamen sic in iuicem connectuntur. ut  
vnum et idem videantur continere.  
**E**t ideo nouum testamentum inclu-  
ditur in veteri. secundum **Bern**. sicut fi-  
guratum in figura et econuerso. **V**n̄  
**Ezechi**. dicitur quod aspectus earum et o-

pera. quasi si sit rota in medio rote.  
**G**losa. id est nouum testamentum in ve-  
teri. **V**bi nota quod scientia sacre scrip-  
ture dicitur vna tripliciter. scilicet vni-  
tate attributionis. in quantum omnia  
que considerat. quantum inter se diuer-  
sa sunt. tamen omnia considerat  
per attributionem siue relationem  
ad vnum scilicet deum. puta in quantum  
referuntur ad ipsum. ut ad princi-  
pium vel finem et huiusmodi. **I**tem est  
vna vnitatem luminis cui innititur. quia  
in omnibus innititur eidem luminis supna-  
turali. scilicet fidei que est sicut quedam  
impressio diuine scientie. que est vna  
et simplex omnium. **I**tem est vna  
vnitatem rationis. quia omnia considerat  
sub vna formali ratione scilicet in quantum  
sunt diuinitus reuelata. **Q**uarto o-  
stenditur esse necessaria ex transgres-  
sione. quia super terram illam scilicet  
secundum **Gen**. cui dictum est. **T**er-  
ra es et in terram ibis. **O**ipotens  
enim deus super corda peccatorum le-  
gem posuit scilicet sacre scripture. que dicitur  
lex. quia preceptis et documentis  
salubribus mentes ligat ne transgre-  
diantur peccato. **Apo** 9. **L**ex propter  
transgressores posita est. vel dicitur  
esse super terras. quia super terre-  
na mentes eleuat. dum eas ad contem-  
plandum et diligendum celestia infla-  
mat. sed illud **Col** in. **Q**ue sursum  
sunt sapite non que super terras.  
et **Mat** vi. **N**olite thesaurizare vo-  
bis thesauros in terra. **Q**uinto  
ostenditur esse congrua ex ordine. quia  
iuxta animalia. **C**ongruus enim ordo  
humane doctrine est ut per sensibili-  
a erudiat de intelligibilibus.  
**N**am omnis nostra cognitio secun-  
dum **Phi** oritur a sensu. **V**n̄ rota diuine  
scripture dicitur esse iuxta animalia. id est iuxta  
sensum. quia sensitiua cognitio propria  
est animalium. **T**erit enim diuina scriptura conit-



nobis spiritualia sub quibusdam similibus signis et similitudinibus. vel quia homo secundum Apostolum primo est animal. id est paruus et imperfectus. deinde spiritualis grandis et perfectus in gratia. Aliquando rota dicitur scripturae dicitur eleuari secundum spiritum. sed illud Ezechiel. Quomodo ibat spiritus illic ante spiritum et rote pariter eleuebantur sequentes eum. Aliquando vero dicitur stare vel apparere iuxta animalia. quia secundum divina scriptura et sunt spirituales de sibilibus erudire. secundum illud. I. Corin. 13. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et iterum ibidem. spiritualia spiritualibus comparantes. et sunt etiam animalia et paruulos leuioribus enutrire. secundum illud. I. Corin. 13. Tanquam paruulis in christo lac vobis potum deo. Et ideo sic iuxta spiritum eleuat spirituales. quod tamen secundum litteras non deserit animalia. **No. 1. Sapientibus et insipientibus debitor sum Eze. 1.** Cum ambularent animalia ambulabant pariter et rote iuxta ea. Sexto ostenditur esse distincta in effigie. quod habens quatuor facies. et dicitur habere sacra scriptura quatuor facies. id est quatuor sensus. quod maxime in facie hominis sensus vigent. et sunt in ea quatuor distincti. scilicet visus in oculis. auditus in auribus. odoratus in naribus. et gustus in ore. tactus autem non est distinctus ab alijs in aliquo organo. Quatuor ergo sensus scripturae sunt historicus siue litteralis. tropologicus. id est moralis. allegoricus. et anagogicus. Vel dicitur habere quatuor facies. quod per quatuor mundi partes est predicata. **Gen. 22. 6. 11.** Dilatabeis ad orientem et occidentem. meridiem et septentrionem. Vel quia quadupliciter tradita est. scilicet per legem. per prophetas. per euangelistas. et per Apostolos. ut dicit **Eze.**

super **Eze.** Item scriptura sacra assimilatur illi volumini. quod describitur in visione. que habetur **Zach. 1.** ubi dicitur. Vidi et ecce volumen volans. longitudo eius. xx. cubitorum. et latitudo eius decem cubitorum. et dicit ad me. hec est maledictio que egreditur super faciem omnis terre. Hanc enim visionem **Greg.** exponens dicit. Quid est volumen volans nisi scriptura sacra. que dum de celestibus loquitur ad superiora mentis nostre intentionem leuat. quod dum illa supra nos esse conspicimus. yma attendere et concupiscere deuita mus. Que latitudine cubitorum. x. longitudinem vero. xx. tenere prohibetur. quod latitudo operationis nostre simpla est. et longanimitas spei in duplum tenditur. quando pro bono ope et hic requies mentis. et illic gaudia eterna preparentur. attestante veritate. **Si quis reliquerit domum vel agros etc. centuplum accipiet. et vitam eternam possidebit. Mat. 19.** Centenarius enim numerus decies multiplicato denario fit perfectus. Sic itaque centuplum accipit. qui et si nichil habuerit. ipsa tamen perfectione mentis iam in hoc seculo habere nichil querit. quod ergo pro hanc duplum pro simplo nobis reddit. recte hoc volumine per. xx. cubitos in longitudine tenditur quod per. x. dilatare. **Sed** quod hec sacra eloquia ad eternam damnationem sunt eis. qui illa vel scire nolunt. vel certe sciendo contempnunt. recte de hoc volumine dicitur. Hec est maledictio que egreditur super. faciem. terre. Item scriptura sacra assimilatur illi libro. de quo habetur in visione **Iohis Apoc. 1.** ubi dicitur. Abi ad angelum dicens ei ut daret michi librum. et dixit michi. Accipe librum et deuora illum. et faciet amaricare



venittem tuū. sed i ore tuo erit dul  
 ce tanq̄ mel. In hac siquidem visi  
 one ostenditur. q̄ libet sacre scrip  
 ture p̄m o requirit discipulum vel  
 lect ore expeditum. et ideo dicit **A**  
 bh sc̄z a curis mudi vel carnis. quo  
 rū sc̄z occupatio impedit et studiū  
 et fructum sapientie. Sollicitudo  
 enim seculi et fallacia diuinarū sus  
 focat verbum **Mat. xij.** Item te q̄  
 erit auditores deuotum qui non tā  
 lectione q̄ oratione sacre scripturē  
 intelligentiam querat. Vnde dicit  
**Abh** ad angelum. i. xpm dicens ei.  
 sc̄z orando vt daret michi libru. i.  
 intelligentiam scripture. **Sap. vii.**  
**Optau** et datus est michi sensus.  
 inuocaui et venit in me spūs sapiē  
 tie. Item requirit hominem studio  
 sum. Primo ad capiendam sc̄z do  
 ctrinam sacre scripture quā capē  
 debet audiēdo et legēdo **Apō. i.**  
**Beatus** qui audit et qui legit ver  
 ba p̄phetie. i. libri huius Oportet eē  
 studiosū etiam ad audiendum salū  
 et in memoria. Vnde dixit. et de  
 uora illū. sc̄z memorie commendando  
 et opere implendo. et hoc cum qua  
 dam auditate. que notatur i ver  
 bo deuorandi. Item requirit hōiem  
 vigorosū qui propter amaritudinē  
 seu laborē qui est in discendo. siue i  
 telligendo. vel implendo non omit  
 tat eam. quia sicut ex vna parte vi  
 detur esse difficilis et amara. ita ex  
 alia est dulcis et sapida. Est enim  
 difficilis ad intelligendum. et ama  
 ra. i. penosa ad opere implendum.  
**Et** ideo dicit. faciet amari. ven. tu  
 um. i. carnalitate siue humanita  
 tem tuā. que est mollis et fragilis  
**Et** ideo graue est ei et penosū sc̄p  
 ture monita implere. Facit eti am  
 liber diuine scripture amaricaē ve  
 trem aie. i. mentem in quātū ducit

hōitem in cognitionem p̄piorū  
 defectuum de quibus amaricatur.  
**Deducit** etiam in contēplationem  
 diuinorum et celestium. et quanto  
 ei fit dulcē q̄ intus videt. tanto in  
 amaritudinēz veritatur omne quod  
 foris sustinet. **Sz** ex alia parte sc̄p  
 tura dulcis est et sapida. Vnde **sb**  
 ditur **Sed** in ore tuo erit dulcē tanq̄  
 mel. q̄ sc̄z sacra scriptura licet sit  
 difficilis ad intelligendum et peno  
 sa ad implendum. tamen est dele  
 ctabilis ad p̄dicandum **Ps.** **Quā**  
 dulcia faucib⁹ meis eloq̄a tua sup  
 mel ori meo.

### Capitulum xxxi.

**S**pes multa bona facit in  
 anima. Et hoc oste nitur  
 in visione beati **Johannis**  
 que habetur **Apō. viij.** vbi dicit.  
 q̄ secundus angelus tuba cecinit.  
 et mons magnus igne arde⁹ miss⁹  
 est in mare. et facta est tertia ps  
 maris sāguis. et mortua ē tertia ps  
 creature. q̄ hēbat aias in mari. et  
 tertia pars nauū interijt. **Sed⁹** ā  
 gel⁹ ē spes. que ē sc̄da virtus theo  
 logica. hec tuba canit quādo peni  
 tentiā remiam p̄mittit. et tūc mōs  
 magnus. id est aīm⁹ s̄bleuatus. ig  
 ne arde⁹. i. caritate feruens mitā  
 tur in mare. i. in amaritudinēz timo  
 ris et doloris. Et tunc fit tertia ps  
 maris sāguis. prima pars ē amari  
 tudo timoris. sc̄da doloris. Ex hys  
 duobus aliquādo sequit̄ tertia sc̄z  
 amaritudo de sperationis. sed hāc  
 omnino excludit securitas speiet  
 conuertit in sanguinem. i. in peni  
 tentie asperitatem et carnis mortī  
 ficationem. Item prima ps eorū  
 q̄ hnt aias i mari ē timor pene mū  
 di. secunda timor purgatorij. t̄cia



tímor pene inferni. et hec moritur. q̄a hunc tímorem spes salutis excludit. Item p̄ma pars nauis hūane mentis sunt cogitationes necesse que sunt circa illa que sūt de necessitate salutis. Sec̄da pars sūt cogitationes p̄fecte que sunt circa opera superogatiōis. que non sunt de necessitate sed de p̄fectiōe. t̄rcia pars sūt cogitationes vane circa vanitatem. hec t̄rcia pars int̄t canēte tuba sec̄di angeli. i. spe p̄mittēte veniā et misericordiam dei.

**Ps̄.** In sp̄u vehem̄ti steres naues tharhis. i. cogitatiōes querētes vania huius mundi.

**Capitulū. xxxij.**

**S**pirituales viri assilantur illis rotis que describuntur Ezech. i. ubi dicit. q̄ statuā erat rotis et altitudo. et horribilis asp̄s. et totum corpus plenuz oculis in circuitu ipsorū quatuor. In quibus v̄bis quiq̄ additiones sp̄ualium virorum expr̄munt. Prima ē rectitudo iusticie que figuratur in statuā rotarū. quia em̄ st̄ae dicim⁹ id q̄d firmū est vel rectū. non em̄z dicit st̄ae ille qui iacet. vel ille que vadit. Ideo statuā ip̄ortat rectitudinē et firmitatē. que duo op̄tunt sp̄ualib⁹ viris. i. hys qui sp̄u dei aguntur. sc̄z rectitudo opis. sec̄du illud Sp̄s tuus bonus deducet mē in t̄ram rectam. a stabilitas volūtat̄is que est ex robore sp̄s sancti. Sec̄m illud Eph. iij. Det nob̄ corroborati p̄ sp̄m eius in interiori hōie. Hoc em̄ stabilitatis robur ḡtia sp̄ritus sancti facit. Heb. xij. Optimū ē ḡtia stabilire cor. Et de hac statuā sp̄ualis viri dicit Cant. viij. Statuā tua assilata est palme. que sc̄z directe crescit et diuissime viuit.

Sec̄nda est promptitudo obediē-

tie. quia assilantur rotis. Nam sicut rota v̄ndiq̄ est p̄ata ad motū. ita sp̄uales viri sunt in omnibus parati ad obediendum. secundum illud Ps̄. Paratum cor meum de⁹. paratum cor meuz. Hanc p̄mptitudinem obediētie facit sp̄ritus hūilitatis qui est intus in eis. Vnde d̄i Ezech. i. Cum euntibus ibant et cū stantibus stabant. a cum eleuatis a t̄ra pariter eleuabant et rote sequentes ea. quia sp̄s vite erat in rotis. Tercia est altitudo sapientie sc̄licet in contemplatione celestium et diuinorum. Vnde dicit q̄ altitudo erat rotis. Nam sapientis est considerare altissimas causas. vt dicit Ph̄s i primo Methaphisice. Ysaie. xij. Extollam te sup̄ altitudinem nubium. id est rerū mutabilium. quia nubes maxime sūt instabiles et continue transmūtantur. Quarta ē trepidatio v̄dicte. semper em̄z aut peccata preterita aut delicta p̄sentia etiam parua ex ira de stricti iudicis i se feriri metuunt. et eterne gehenne supplicium formidando atendant. Vnde dicit a horribilis aspectus. vbi Gre. Horribilis aspect⁹ est terror gehenne que sine fine reprolos cruciat. et semper in cruciatu conseruat. Vnde tanta est illius pene acerbitas et profunditas q̄ est horror n̄ solum sustinentibus sed etiaz aspicientibus. Job decimo. Terram tenebrosam et opertam mortis caligine. terram miserie et tenebrarū vbi v̄mbra mortis et nullus ordo. sed sempiternus horror inhabitat.

Quinta est circumspectio prudentie. quia totum corpus plenum erat oculis. in circuitu ipsorum quatuor. Per istos enim oculos intelliguntur cautele a circumspectiōes



prudentialium quibus sancti et spiri-  
tuales viri tanquam vere prudentes in  
omnibus habundant. Nam spiritu-  
alis homo iudicat omnia. et isti  
oculi dicuntur esse in circuitu. quia  
dyabolus nos suis laqueis undique  
circuncigit. propter quod de eo dicit pe-  
trus. quod tanquam leo rugiens circuit  
quersus quem deuoret. et ideo contra  
eum ex omni parte necessaria est  
cautela. Sed ideo dicuntur esse in cir-  
citu ipsorum quatuor. scilicet animalium  
secundum Gregorium super Eze-  
chielam. vii. circa principium. vel  
ipsarum quatuor scilicet facierum.  
Nam supra premiserat quod apparuit  
rota una habens quatuor facies.  
que videbantur quasi quatuor ro-  
te. quia scilicet sancti viri precipue  
in quatuor partibus habent caute-  
las et circumspersiones. scilicet re-  
tro circa preterita per memoriam.  
ante scilicet ad futura per provide-  
ntiam. a dextris id est ad prospera  
per respectum. a sinistris id est ad  
aduersa per exercitium. Nam prospera mundi  
despicendo despiciunt. et aduersa aduer-  
sus exercitium suscipiunt. Vnde habent oculos  
retro scilicet ad mala ne inficiant. et ante.  
ad bona ne deficient. **Greg.** Corpora aia-  
lium idcirco plena oculis describun-  
tur. quia sanctorum actio ab omni  
parte scilicet circumsperta est bona  
desiderabiliter providens. mala so-  
lertiter cauens. Est enim necessari-  
um oculos habere ad mala. id est ad  
vicia. quia vitia plerumque se pal-  
liant sub specie virtutum. Nam su-  
perbia fingit se esse libertatem. ti-  
mor fingit se humilitatem esse. Te-  
nacia siue auaritia fingit se esse pi-  
simoniam. prodigalitas fingit se esse  
largitatem vel misericordiam. Vnde  
de sicut dicit **Gregorius** Hoc est la-  
boriosius ubi mens sanctorum iui-

gilat. sic se ante eorum oculos ma-  
la sub bonorum specie abscondant.  
**Item** necessarium est habere ocu-  
los ante. scilicet ad bona ne deficiat.  
Nam plerumque dum homo intendit  
ad quedam bona. negligit quedam  
alia. et ubi negligimus. ibi pro-  
culdubio oculum non habemus.  
quod patet **Luce** sexto. exemplo pha-  
risei. qui habuit oculos ad gratitu-  
dinem dicens. Gratias ago tibi deo.  
Ad abstinentiam. ieiuno bis in sabba-  
to. Ad misericordiam. decimas do. o. quod  
pos. Ad iusticiam. quod non sum sicut ceteri  
hominum. iniusti raptores. ad continentiam.  
et adulteri. Sed ad mentis cir-  
custodiam. id est humilitate oculum non habuit.  
quia se ceteris hominibus pretulit. **Greg.**  
Quid prodest quod extra hostium invidias  
tota ciuitas caute custodit. si vnum  
foramen apertum relinquitur vnum  
ab hostibus intretur. **Item** sancti  
viri habent oculos et a dextris  
scilicet ad beneficia ne officiant.  
Nam valde cauendum est ne vnum hominem proxi-  
mo suo prodesse intendit inde magis ei  
noceat. Vnde **Apoc.** dicebat. **Cor.**  
**ii.** Si cui aliquid donastis et ego. Nam  
et ego quod donauit si quod donauit pro-  
pter vos in persona christi ut non caueatur  
amur a sathana. non enim ignora-  
mus cogitationes eius. Ecce circuitum  
spectat magister sic donare. id est parte  
voluit ut non displiceret nec scan-  
dalu daret discipulis. quia sciebat  
quod sathanas inde solet cordi alterius  
scandalum inmittere. Vnde alte-  
rum conspicit pietatis negocium  
fecisse. et ideo multum attendendum  
est ut etiam bonum quod fit utiliter et  
caute fiat. **Item** debet etiam esse  
oculi a sinistris id est ad scandala  
ne veniant scilicet ex culpa sua. quod  
uis enim necesse fit ut veniant scan-  
dala. Vnde tamen homini illi pro quem scandalum



venit. qđ intelligendum est de scā-  
dalo actiuo qđ est ex culpa propā-  
sciz vel bonum omittere. vel ma-  
lū agendo. vel studiose nocendo. et  
huiusmodi. Sed de scādalo passiuo  
qđ est ex culpa alteri. non est tñ  
curandum qđ ppter hoc bonum di-  
mittatur. p̄cipue bonum ad qđ hō  
tenetur. si sine huiusmodi scādalo  
fieri n̄ possit. Vñ dñs nō curauit de  
scādalo phariseorū et tamē curauit  
de scādalo gētiliū petentū ab eo  
tributū. vt hētur **Mat. xvij.**

**Capitulum xxxij.**

**C**emptatio occulta i cordis  
cogitatione est sicut pollutio  
sōpnij in dormitione. Dñs  
em̄ **Deut. xxij.** Si fuerit inter vos  
homo qui nocturno pollutus sit sōp-  
nio. egredietur extra castra et nō  
reuerteret̄ priusq̄ ad vesperū lauet̄  
aqua. et post solis occasum egredi-  
et̄ in castra. In quibus verbis p̄-  
mo itellige sōpnij pollutionē. cū dñs  
Si fuerit inter vos. hō. q. no. pol. si-  
so. Nam sicut dicit **Greg.** Noctur-  
nuz sompnij est tēptatio occulta.  
per quā tunc homo pollutur. quādo  
tenebrosa cogitatione turpe aliqđ  
corde accipitur. qđ tamen corporis  
opere non expletur. Et causa qua-  
re aliquando spūales viri talibus  
cogitationibus vel temptationibus  
molestantur est. sicut **Greg.** dicit  
qđ libenter se occupant in aliquibz  
actibus terrenis etiā licitis. quia  
cū vel in minimis terrena actio p̄-  
desiderium tangitur. crescente cori-  
tra nos antiqui hostis fortitudine  
mens nostra non minima importu-  
mitate temptationis inquinatur.  
**Secundo** ostēda pollutū exclusio e-  
ius subditur. Egredietur extra ca-

stra **Gregorius.** Dignum est vt qđ  
immūda cogitatio ē pollutur indi-  
gnum se ceterorum fidelium socie-  
tibus arbitretur. culpe sue meri-  
tum ante oculos ponat et ex bono-  
ruz se extimatione despiciat. Pollu-  
tuz ergo extra castra exire. est tur-  
pi cogitatione laborantem sese ex  
continentium comparatione despi-  
cere. **Tercio** aduerte exclusi purga-  
tionem. cum subditur. et non reuer-  
tetur quousq̄ ad vesperum lauet̄  
aqua. **Gregorius.** Ad vesperum aq̄  
abluitur. cum defectum suum despi-  
ciens ad penitentie lamenta ouer-  
titur. vt fleibus diluat omne qđ  
animam occulta inquinatio accu-  
sat. **Psalmista.** Ad vesperuz demo-  
rabitur fletus. et ad matutinuuz le-  
ticia. Et hinc est qđ **Leuit.** p̄mo  
mandatum fuit qđ membra hostie  
in frustra concisa et caput et cūcta  
que adherent iecori igne cōburerē-  
tur. Pedes vero et intestina p̄us  
aqua lauarentur. **Ista** hostia ē ho-  
mo qui seipsum offert ad seruitiuz  
dei. cuius membra tunc conciduntur  
in frustra. cum eius vite opēda  
sunt virtutibus distincta. Et tunc  
super ignem ponuntur. quando cū  
feruore amoris et deuotionis deo of-  
feruntur. **Caput** autem et ea que  
iuxta iecur continentur inciduntur  
cum in sensu nostro quo omne cor-  
pus regitur atq̄ in occultis deside-  
rijs flamma diuini amoris ardemus  
Pedes autem qui terram tangunt  
sunt terrene occupationes. **Inte-  
stina** vero in quibus stercorea por-  
tantur sunt cogitationes immūde  
**Vnde** **Gregorius.** Cui cogitatio-  
nes nostras immūda cogitatio i-  
quinat. quod aliud qđ intestina ho-  
stie stercore portant. **Habet** ergo  
pedes et intestina ille qui dñi frenū



aliquis agit. non nulla etiam illicita in corde conspicit. sed hec ut cōburi debeant laudentur. quia nimirum necesse est ut ante immūdas cogitationes timoris fletus diluat. q̄ in acceptione sacrificij sup̄nus amor incendat. ut tātō suauius in v̄spectu sui spectatoris ardeat. q̄nto cum ei assistere ceperit nil terrenum secum vel lubricum in actu sue orationis imponit. ut dicit **Gre.**

**Quarto** nota purgati reuersionez cum subin fertur. Et post occasum solis regredietur in castra. Tunc sol occumbit cū ardor temptationis per lacrimas penitentie defuescit. Et tunc qui pollutus fuerat ad castra redit. quia tunc in societate bonorum confidit. **Vnde Greg.** Post aquā quippe occumbete sole ad castra reuertitur. qui post lamēta penitentie frigiditate flamma cogitationis illicitae ad fideiū merita presumenda reparatur. ut iam se a ceteris longe esse nō existimet. qui mundum se per habitum intimi ardoris gaudet. **Item** temptatio triplex est. que describitur i prima uisione **Ezechielis**. ubi dicitur. **Vidi** et ecce ventus turbis ueniebat ab aquilone. et nubes magna et ignis inuoluens. et splendor i circuitu eius. et de medio eius quasi species electri. **Vbi** primo notatur temptationis periculum ex tempestate ueniente. secundo remediū ex splendore circūdante. tercio premium ex electro apparente. Periculum ostenditur triplex. secūduz triplex temptatio nis gradum. quorum primus pertinet ad tēptationem superbie. cum dicitur **Ecce** uenit. u. ab. aquī. **Gregorius** Ventus est temptatio mentis. p̄pria autem mentis temptatio est

temptatio superbie. que habz cor eleuare. **Vnde** assimilatur vento. quia sicut ventus eleuat corpora leuia. ita superbia eleuat corda uana. **Job septimo.** **Vir** uanus in superbiā erigitur. **Sed** nota q̄ que uento flante ascendunt. eo quiescentē ruunt. Sic qui superbia uel fortuna blandiēte extolluntur. ea cessante corruunt et eliduntur. **Vnde Job tricesimo.** Eleuasti me et quasi superuentum ponens elisti me ualde. **Sz** quia superbia est mentis nō solum eleuatiua. sed etiam perturbatiua. ideo temptatio superbie uocatur uentus turbis. quia sicut turbo obscurat et turbat aerem. sic etiam ipsa superbia obscurat et turbat mentem. **Vnde Job tercio.** Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Turbo possidet noctem. cum superbie temptatio cecat mentem. Et dicitur tenebrosus. quia oculū cordis obscurat. **Bernardus** de duodecim gradibus humilitatis. Superbia oculum mentis obscurat. et ueritatem obumbrat. Turbo autē dicitur quia turbat scilicet superbiētis animum. quia facit ipsum amarum. rancorosum. inquietum. **Psalmista** Conturbati sunt mōtes. id est superbi. **Hugo** de sancto uictore in libro de arra anime. Signa superbie sunt. clamor in locutiōe. amaritudo in silentio. dissolutio in hilaritate. furor i iusticia. honestas in ymagine. inhonestas in actiōe. rancor in reprehensione. Et quoniam ista temptatio est quasi dyaboli propria. quia superbie uitiū ab eo accepit iniciū. et ideo subdit. q̄ iste uentus ueniebat ab aquilōe. i. a dyabolo superbo. Ipse enim superbiens dixit **Ysaie** decimo quarto. **Sede** in monte testamenti in



lateribus aquilonis. ascendam super altitudinem nubium et similis ero altissimo. **Vnde Hugo de sacro victore dicit in libro predicto.** Superbia in celo nata est. sed velut immemor qua via inde ceciderit. illuc postea redire non potuit. **Secunda temptatio est luxurie siue carnis.** et hec vocatur nubes magna. quia rationem obfuscat. Sicut enim nubes densa obfuscat aerem lumen solis interceptiendo. sic concupiscentia carnis obfuscat mentem lumen rationis obubrando. **Vnde Gre. nazarenus dicit.** quod caro velut nubes quodam grossa se anime obiciens considerare eam divini luminis radios non sinit. **Eze. xxxij. Solez. i.** rationis lumen nube tegat. **Aug. in libro confessionum.** Exalabantur nebulæ de limosa concupiscentia carnis et statera pubertatis. et obfuscabant atque obnubilabant cor meum. ita ut non discerneretur serenitas dilectionis a caligine libidinis. **Sed magna dei ratione generalitatis.** quia generaliter quasi omni homini inest pugna carnis. **Non omnes de carnis peccato propagati sunt.** **Vnde omnes intra semetipos gerunt vnde certamina sentiunt.** **Gregorius.** In hoc mundo cum nostris temptationibus nascimur. et caro aliquando nobis adiutrix est in bono opere. aliquando seductrix in malo. **Item est carnis temptatio magna continuitate.** **Iherosolymus in Epistola.** Quocumque pergamus nobiscum inimicum. id est carnem portamus. et ideo pugna inevitabilis est et continua. **Item est magna difficultate.** **Augustinus in quodam sermone.** Inter omnia certamina christianorum duriora sunt castitatis prelia. **Nam ibi continua pugna et rarior est victoria.** **Est enim ipsa caro inimicus familiaris.**

de quo **Boetius dicit.** quod nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. **Tercia temptatio est avaritie.** et hec est a mundo. et hec dicitur ignis involvens. ignis scilicet propter insatiabilem ardorem. quod sicut ignis non faciat lignis. secundum illud **Proverborum tricesimo.** Ignis nunquam dicit sufficit. ita nec avarus pecuniam. **Ecclesiastici quinto.** Avarus non implebitur pecunia. **Involvens autem dicitur propter implicationem.** Multe enim sunt involutiones et implicationes hominum avarorum. **Job sexto.** Involute sunt semite gressuum eorum. involunt enim se multis curis. multis negotiis. multis peccatis. **Thi. vi.** Qui volunt divites fieri incidunt in temptationem et in laqueum. **Secundo ponitur temptationum remedium.** quia splendor in circuitu eius. **Circumstat enim hominem temptatum ne a temptatione vincatur.** triplex splendor. scilicet splendor scripture ipsum informans. splendor angelice custodie ipsum confortans. et splendor divine iusticie vicentem coronans. **Vnde. Thi. vi.** postquam dixit **Donum certamen certavi.** addidit. in reliquo reposita est michi corona iusticie. **Ysa. lviij.** Implebit splendoribus animam tuam. **Tercio ponitur teptatorum et victorum premium.** quia de medio eorum quasi species electi. de me. et scilicet. et ignis. quia scilicet ex temptationum pugna trahitur corone materia que in electro signa est. **Vi electro secundum Gre. significatur christus qui est temptatorum et victorum premium.** **Electrum enim sicut Gre. dicit.** ex auro est et argento. dum autem miscetur argentum crescit in claritate. aurum vero a fulgore suo



palescit. Sic dum humanitas xpi in maiestatis gloria excreuit diuinitas a ppi fulgoris potentia se humanis oculis tempauit. Et ita i xpo quasi du palescit aurū fulg; argētum. ergo electum de medio cristus est. q iam exiuit et triumphauit de pugna temptationum. Ipe em tēptatus fuit a carne famescēte. qz cum ieiunasset. xl. diebus et xl. noctibus postea esurent. Item a dyabolo persuadente. quia accēdēs temptator dixit ei ac. Item a mūdo alliciente. cum ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum et dixit. **Hec omnia tibi dabo.** Sed tamen cristus de omnibus triumphauit. et ideo hoc electum de medio harum temptationum iam ereptū inducitur in exemplū. ymmo etiaz in premium siue in precium. si ipas temptationes vicim⁹. ita vt ex hoc electro fabricetur et mone ta que dabitur in preciu⁹ laboris. et corona que reseruat in premium victoris. et letificabimur si quidem ex splendore auri. et insup̄ ex candore argenti. quia taz ex visione deitatis q̄ humanitatis cristi delectabimur et reficiemur in patria. vt dicit **Augustin⁹ super illd Johannis decimo.** Ingre dietur et egredietur et pascua inueniet. Itē temptat et impugnat nos dyabolu aliquādo de vana gloria. aliqñ de superbia. aliquādo de inuidia. aliquādo de luxuria. Et hec pugna temptationum figuratiue exprimitur in visione sompni que habet **Dan. vii.** ubi dicitur. qz daniel sopnum scribens breui sermone apprehendit. sumatimq; perstringēs ait. Videbam in visione mea nocte. et ecce quatuor venti pugnabant in mari magno. et quatuor bestie mag

ne ascendebant diuersē intē se. Prima quasi leena. et quasi alas habebat aquile. aspiciēbaz donec euulsa sunt ale eius. et sublata est de terra. et super pedes quasi homo stetit. et cor eius datum est ei. Et ecce bestia alia similis vrsō in pte stetit. et tres ordines erant in ore eius. et in dentibus eius. et sic dicebant ei. **Surge comede carnes plurimas.** Post hoc aspiciēbam. et ecce alia quasi pous. et alas habebat auis quatuor super se. et quatuor capita erant in bestia. et potestas data est ei. Post hoc aspiciēbam in visione noctis. et ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis et fortis nimis. dentes ferreos habebat magnos comedens atq; omniuens. et reliqua pedibus suis conculcans. Dissimilis autē erat ceteris bestijs quas videram ante eam. et habebat cornua decem. **Primus** ergo ventus est ambitiois temptatio. qui flat ab oriente. id est ab originis nobilitate. que frequenter est ambitionis occasio. Bestia autēz hoc flatu excitata superbia est. que est quasi leena habens alas aquile. q̄ sunt sublimitas et potestas. Et hec bestia tūc euellit. quando homo superbus a statu suo deicitur. Et tunc hec bestia stat super pedes suos. quia tunc iam non stat. vel in equo. vel super alios homines. Et cor eius datur ei id est vera cognitio sue fragilitatis et vilitatis. **Secundus** ventus est temptatio inuidie. qui flat a meridie. quia de prosperitate tonorum dolet inuidia. Est enim in regione meridiana habundantia tonorum. Bestia hoc flatu excitata ē detractoria lingua que bestia est similis vrsō qui libet mel comedit. quia dulcē est in



in ore inuidi mala de alijs loqui.  
**V**nde delectatur inuidus cum videt  
 aliena mala sicut dolet et tristatur  
 cum videt aliena bona. **J**uxta illud  
**O**ratij poete. Inuidus alterius re-  
 bus marcescit opimis. propterea e-  
 ei dulce loqui de malis proximi.  
 hec bestia in pte stetit. quia inuidus  
 quandoq; hominem in parte lau-  
 dat. tres ordines dentium habuit.  
 quia inuidus habet tres modos de-  
 trahendi. scilicet mala augendo.  
 bona minuendo. et indifferentia  
 vel dubia peruertendo. **T**ercius  
 ventus est temptatio luxurie flans  
 ab occidente. id est a carne iugiter  
 ad occasum siue mortem tendente.  
**C**onidie em̄ appropiqm̄ mori. **J**ux-  
 ta illud **O**e qd̄ ē geitū tēdit ad itēitū  
**B**estia hoc vento excitata est car-  
 nis concupiscentia que similis par-  
 do dicitur. qui est varij coloris p̄  
 varietatem desideriorum. **H**ec habet  
 quatuor capita. scilicet ocium. sua-  
 uitatem vestium et consimiliū. de-  
 lectabilitatem epularū. et carna-  
 le opus. **Q**uatuor autem ale que  
 eā erigunt sunt. iuuentus. saetas.  
 pulchritudo. et nobilitas. **E**t hec sūt  
 vt ale milui quibus volatur ad so-  
 des carnales. **Q**uartus ventus flans  
 ab aquilone est temptatio crudeli-  
 tatis. que est in potentibus respe-  
 ctu subditorum. ad quam pertinet  
 quarta bestia que est ceteris cru-  
 delior. que cetera comminuit et cō-  
 culcat. **C**ornua eius sunt prepositi  
 et satellites. et ministri sue crude-  
 litatis. qui quos conculcare non p̄-  
 ualent. saltem accusando ledere m̄-  
 tuntur. quia autē in p̄dicto sōp-  
 nio dicitur qd̄ quatuor vēti pugna-  
 bant in mari magno. **N**otandum  
 est qd̄ mare sompniatur sicut dicitur  
 sompniarum interpretes. quando

q; refertur ad regnorum mutabili-  
 tatem. sicut in hoc sompno **D**amie-  
 lis. vbi per mare grande intelli-  
 gitur vniuersale imperium mundi.  
 et per quatuor ventos pugnantes  
 in eo intelliguntur angelice potesta-  
 tes laborantes pro ipsis imperijs a  
 regnis mundi. vt exponunt **G**lo-  
 se. **A**liquando vero refertur ad ho-  
 minum prosperitatem. **V**nde dicitur  
 sompniarum interpretes. qd̄ si q̄s  
 viderit per sompnum. qd̄ in mari  
 ceperit pisces hamo. inueniet diui-  
 tias a rege secundum rationē cap-  
 tionis. et similiter si retibus per re-  
 ctum obsequium ditabitur ab eo  
 scdm̄ rationē captiōis. **I**tē dicitur  
 qd̄ si q̄s sōpnet. qd̄ secus littus ma-  
 ris ambulādo lauet pedes. appropi-  
 quabit regi et grām iuemet penes  
 illū scdm̄ rationē ambulationis. et  
 si mare intrauerit vsq; ad femora et  
 lauerit familiaris efficietur regi. et  
 letabitur scdm̄ rationē ablutionis.  
**I**tē dicitur qd̄ si quis p̄ sōpmū de p̄xi-  
 mo mare videat trāquillū omnem  
 tristitiā abiciet et gaudebit. **Q**ūq;  
 vero refertur vt dicitur mare somp-  
 niatum ad hominum aduersitatez.  
**N**am si quis in sompno mare in-  
 trauerit vsq; ad verticē. sollicitudi-  
 ne et tribulatione et necessitate maxi-  
 ma vexabitur per regem. termina-  
 bitur autem hoc secundum rationē  
 absentie eius a terra. **N**am si pax  
 distet minor. si multum vehemēti-  
 or afflictio erit. **I**tem si quis somp-  
 niet secus littus maris se ire. et  
 pedes inquinauerit. tribulabitur a  
 rege secundum rationem inquina-  
 menti. **I**tem si rex per sompnum  
 videat mare perturbatur. perturba-  
 bitur in regno suo. **I**tem quia i p̄-  
 fato sompno **D**aīel dicit qd̄ scda be-  
 stia q̄ est filis visio hēbat i ore tres



ordines scilicet dentium. **N**otandum quod secundum interpretes somniorum dentes somnii variam habent significationem. **R**az aliquando referuntur ut dicunt ad principum vel regnorum dignitatem. et sic accipiendū in hoc somnio **D**an. quia illa scilicet bestia versus similes regnum psorum signat. quod versus sile perhibetur propter patientiam laboris et precitatem victus. **R**ā pro pulmento sale utebatur et cardomo. sed assimilatur versus non in toto sed in parte. quoniam contra ipsam dei nichil crudeliter egit. tres autem ordines dentium habuit. id est a principio tria regna. scilicet psorum. medorum. et chaldeorum. **V**el tres dentium ordines tres principes super. cxx. satrapas habebat. **Q**uandoque vero dentes somnii ut dicunt communiter referuntur ad consanguineorum somnii varietatem. **R**am duo dentes anteriores significant filios. pariter. seu fratres aut magis proximos de consanguineis. **Q**ui vero sequitur anteriores quatuor consobinos et remotiores cognatos. **C**aminus dēns firma mentū domus significat et generis hominum. **M**olares vero significant pueros. et superiores quidem masculos. inferiores vero femininum sexū. **P**assiones ergo dentium somniate ad ipsorum consanguineorum referunt adueritatem. **R**am si quis intuitus per somnium fuerit aliquos de anterioribus dentibus moueri ac demigrari aut scaturire omnibus. signat quod aliquis ex his quos diximus per anteriores dentes significari egrotabit. et si aliquem illorum dentium viderit cecidisse. morietur propinquior de linea consanguinitatis. **S**i vero aliquem de dentibus qui sequuntur anteriores viderit motum fore aut fractum aut aliquo passum. eadem signat alicuius

cognatorum predictorum. **S**i vero erutus videatur. portendit mortem. **S**i vero caninum dentes quis viderit contractum. maior domus vel generis eius periclitabitur. **S**i autem viderit eum demigrari vel vacillare. egrotabit ille et ebullabitur. **I**tem si videat quod caninus dens elongatus fuerit intantum quod impediat comestionem et os claudere. maior domus sue et generis erit impedimentum cunctis et prohibitio. sed tamen suscipiet correptionem cum dentis excessus habentis radicem facile possit coequari. **H**ec dicunt somniorum interpretes. sed ego interpretationibus talibus communium somniorum fidem esse ponendam non existimo. quia nulla ratio michi claret quare huiusmodi somniorum ymagines humanarum rerum euentus tales regulariter consequantur. **S**ecus autem de illis sompniis sentio. quod diuina scriptura refert. quia hominibus ad eruditionem ipsorum a deo illa esse immissa nulli venire debet in dubium christiano. **V**n **J**ob **tricesimo tercio.** **P**er somnium in visione nocturna quando irruit sopor super homines et dormiunt in lectulo. tunc aperit aures virorum. et erudiens eos instruit disciplina. **I**tem temptat dyabolus homines multipliciter fraudulenter et instanter. quod ostenditur **A**pocalipsis **duodecimo.** vbi dicitur. **E**cce draco magnus rufus habens capita septem. et cornua decem. et in capitibus eius septem dyademata. et cauda eius traxerat terciam partem stellarum celis et misit eas in terram. et draco stetit ante mulierem que erat paritura. ut cum peperisset filium eius deuoraret. **I**ste draco dyabolus est latenter amab?



hominum insidians. Ipse enim dicitur leo ubi aperte seuit. sed draco ubi occulte decipit. ideo duo sunt contra eum necessaria. patientia a tra seuitiam leonis. et prudentia contra fallaciam draconis. et per ista duo sancti illudunt ei. **Ps.** Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Dicitur autem magnus propter potestatem nocendi precipue quam habebit in fine **Job. xli.** Non est potestas super terram que comparetur ei. Rufus dicitur propter maliciam qua sanguinem et mortem hominis ab inicio sitiuit **Job. vii.** Ille homicida erat ab inicio. Dicitur autem habere septem capita iquam suggerit et mouet ad septem capitalia vicia. Dicitur etiam habere cornua decem. in quantum inducit ad contemptum et transgressionem decalogi. i. decem preceptorum legis diuine. Et in capitibus eius septem dyademata propter septiformem temptationem. per quam victores eius coronantur. Sunt enim ut dicit **Bernardus** septem genera temptationum. Prima est ipostuna que procaciter insidit. ut saltem vicat **Job. xiiij.** Mons cadens defluit. et saxum transfertur de loco suo. lapides excauant aque. et allumone terra paulatim consumitur. Secunda est dubia que animus ambiguitatis nubibus inuoluit **Job. vicesimo.** Cogitationes mee varie succedunt sibi. et mens in diuersa rapitur. Tercia est subita que iudicium rationis preuenit. Trenorum tertio. Velociores fuerunt persecutores mei aubus celi. Quarta est occulta que deliberationis considerationem preterfugit. Unde **Job. decimo tertio.** Quantas habeo iniquitates et peccata. stela mea atq; de

